



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

Liber I. De prima Lindae Marianae & Religionis Christianae per eam in
Prußia efflorescentis origine; Rebusq[ue] ad Annum Domini, circiter MDXX.
gestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

LIBER I.

*De prima Linda Mariana, & Religionis Chri-
stianæ, per eam in Prussia efflorescentis,
origine; Rebusq; ad Annum Do-
mini circiter M D XX.
gestis.*

CAPUT I.

Argumentum, Ratio, & Partitio scriptiois,

DE REBUS DEIPARÆ VIRGINIS LIN-
DENSIS, splendore, & magnitudine suâ
eximiis, temporū tempestatumque mirâ
varietate florentissimis; gentium, popu-
lorumque cultu, religione, & famâ celeberrimis, o-
mni denique DEI & cœli in eum locum, locique san-
ctimoniâ fruente, clementiâ, benignitate, prope que
quotidianâ beneficentiâ, lætissimis ac prorsum admi-
randis, scripturo; omnino fuisset optandus, adeoque
curandus, & calamus, & stylus par. Sed à me,
qui supra majorum imperia atque authoritatem,
singulari duntax at in magnam DEI MATREM
pietate, ad scribendum impellor, nemo calamum, aut
cælitus inauratum (qualis divo Hildeberto divina
commentanti, ut non nisi aureos exararet caracte-
res, obvenerat) aut argenteum (qualem Justus Li-
pſius, ad Divæ Hallensis Aram, grati, devoti que lem-
per animi ergò, consecravit) meritò requirat. Satis
ego me partibus defunctum: meis arbitrabor, si &
A
piorum

piorum votis utcunque respondero, & cùm obscurissimis rerum primordiis, tum maximis deinceps incrementis, vel tantillum addidero lucis. Quantum enim vota piorum omnium attinet, eò jam usque processerant, ut non tam precibus, quàm quotidianis propè convitiis Historia Deiparæ Lindensis passim efflagitaretur. Tamen si enim tringinta circiter ab hinc annis, Michaëli Ciaritijs quem ego multò antè, Archipresbyterum & Parochum Allensteni puer veneratus eram, non pauca singulari libello (qui Anno MDCXXVI. Brunsbergæ prodiit) complexus erat; quia tamen & liber ille vix, ac ne vix quidem haberi jam potest, & si haberi, aut etiam recudi potest, de rebus tamen, quæ consecutis deinceps annis evenerunt, referre nihil omnino poterit; necessarium idcirco fuit, & ipsa rerum initia paulò reordiri altius; & tum vetera quædam accuratiùs explicare; tum, quæ deinceps acta sunt, non ampliùs silentio involvere. Jam verò, quantum ad ipsam rerum originem & primordia spectat, ingemiscendum profectò est; quod neque ad eruenda illa vetustatis rudera, neque ad restot seculorum decursu postmodum gestas, quisquam mihi aut Aristophanis aut Cleanthis præferre lucernam possit. Quot sunt, quos ego quidem, cùm alibi, tum in Prussia, sive per litteras, sive coràm appellavi eruditione doctrinaque illustres viros! neque tamen ullus, ad istam antiquitatis caliginem, vel tantillum afferre lucis potuit? Quò magis, etiam illis, ex æquo & justo, oboriatur in eos indignatio, qui, cùm Linda Mariana, quemadmodù lib. 2. patebit, omnia pariter, antiquitatis historiæque monumenta, sacrilegè demo-

demoliti unà sunt! Mihi verò verendum insuper erat, ne Andabatarum, ut ajunt, more, in præsentè stadio decurrerem. Quod ne fieret, quotquot de rebus Prussicis, de quæ B. V. historia, etjam aliunde; non sine cura & labore, consequi licuit libros, haud oscitanter excussi; omnem quæ movi lapidem, ut tum ea, quæ è tanta oblivionis aut vetustatis caligine produxero; tum quæ nostrâ, aut proximâ majorum ætati gesta memorabo, non meras omnino tenebras, sed aliquam pio lectori lucem, DEO verò & Magnæ DEI Matri suam; quod unicè voveo, proferant laudem. Qua etjam de causa, opus hoc quinque in libros partior; ut præter miracula, & mira, quæ quotidie propè effulgent, DEI in mortales beneficia, *Primus* ipsam Lindæ Marianæ originem & primordia, res quæ ad Annum M. D. XX. per aliquot secula, gestas, vestiget: *Alter* verò miserandam Lindæ, & sacelli Lindensis, per impiissimos mortales, excidium, atque ruinam juxta, ac mirandam populi Christiani, in loco solis ruderibus, hoc est, relictis Hæreticæ immanitatis vestigiis illustri, pietatem ac religionem prosequatur. *Tertius* continebit difficilem prorius, neque tamen infelicem, sacelli ejusdem, integro propè seculo deserti, instaurationem. Jam verò *Quartus*, exponet, quò pacto idem Deiparæ Virginis Lindensis Sacellum, unà cum adjacente fundo, ad Collegii Resseleiensis Societatis JESU curam possessionem quæ, jure devolutum, quotidianâ populorum undique confluentium, pietate & religione magis ac magis efflorescat. *Quintus* denique (qui mihi sub manibus natus est) ea beneficia, quæ hoc duataxat quinquagesimo quinto

supra millesimum sexcentimum anno vel præstita,
vel cognita consignataque sunt, complectetur. *Da
mibi, Ô DIVA* (lubet enim verbis præeuntem Lipsium
(a) sequi) quam præsentem animo contemplor, quod piè
sanctèq; institi, ritè & feliciter exsequi; nomini & cultui
tuo propagando; pietati & sanètimonia augenda; quos duos
profiteor huic scriptioni fines esse præfixos.

CAPUT II.

*Obscuriora Linda Mariana primordia, perenni omnium populorum religione
& cultu, redduntur augustiora.*

Vix est, aut unquam fuit populus, regnum, vel
Resp. quantumvis magna, cujus origo & primor-
dia, ob ipsam quoque antiquitatem non fuerint ob-
scuriora. Et quid aliud censeas de urbibus, aut certis
urbium, ne dicam oppidorum, privatarum vé ædium,
aut ædicularum originibus? Quid Nilo Fluvio, sive
amplitudinem, sive ejus ubertatem spectes illustrius
& quid fontibus ejus obscurius? Ad hanc diem Nili
primus fons inquiritur. Nili instar decurrunt augustæ
rerum humanarum fortunæ atque vires; quò magis
se ante oculos jactant, eò obscuriores habent ortus.
Interim datur hæc venia antiquitati (inquit sub. exor-
dium historiæ Livius) ut miscendo humana divinis, pri-
mordia urbium augustiora faciat. Nobis tamen, neque
licet, neque, si licuisset, ullo modo lubet, quidquam
sive divini sive humani, quod à veritate vel mini-
mum dissonet, hîc admiscere. Neque enim, ut cum De-
ctore Gentium (b) loquar, veritas DEI, in meo mendac-
cio, abundabit in gloriam ipsius. Proinde jam nunc, ad
ipsam

(a) *Hist. Hallen. cap. 2.* (b) *Rom. 3. 7.*

ipsam bonæ Mentis aram, ingenuè profiteor, nihil
me aut invidiæ odiové, aut gratiæ cujusquam datu-
rum: & cum res poposcerit, *scapham, scapham*, ut est
in proverbio, & *ligonem ligonem* appellaturum; atque
ea omnia, quæ afferentur, non alia, sanè quàm quæ
illis convenit, quàm quæ ex sese merentur, hederâ or-
naturum; adeo quæ cum nostri temporis Poëta Jaco-
bo Balde, historiam scripturo, Aram VERITATI (a)
positurum. Equidem haud incertus sum, illustria fuis-
se Lindæ Marianæ ejusdemque sacelli primordia; ta-
met si, quæ illa tandem, aut qualia fuerint, vix aliquid
certi proferre habeam. Tantæ enim, uti proximè
memorabitur, ad obscuranda, adeo quæ ex hominum
memoria ipsa quæ rerum universitate, Lindæ Maria-
næ, divini quæ in ea cultus abolenda vestigia, fuerunt,
& sunt Hæreticorum molitiones atque conatus; mi-
rum ut sit, si vel tantillum, quantum quidem hoc li-
bro referetur, apud plerosque vel memoriæ illius su-
per sit, vel potius reminiscentiæ. Justè (b) de miracu-
lofis B. V. Weyerensis beneficiis, expostulat Frideri-
cus Fornerius Hebronensis Episcopus, & Suffraga-
neus Bambergensis, quod Lutheri asseda, *Demoniaco*
infernalis serpentis cestro perciti, summorum Pontificum,
Cardinalium, Episcoporum & Fundatorum Diplomata, om-
niaque virginalium beneficiorum, in varios homines di-
spertitorum, testimonia, descriptiones, votiva Anathema-
ta, publicaque instrumenta, quinimo omnia editorum mi-
raculorum vestigia, Vulcano tradiderint, flammisque exusta
omnino aboleverint; & tamen ibi Templum ipsum
Deiparæ incolume fuit servatum: at apud nos, ipsum

A 3

quo-

(a) Lib. 4. Lyric. ode 47. (b) Lib. 1. cap. 2.

quoque sacellum funditus ab iisdem excisum est. Cuius quidem, quàm fuerint primordia longè florentissima, vel illud argumento sit; quod ab ipso rei Christianæ in Prussia exortu, ita splendor Lindæ Marianæ omnium perstrinxerit oculos; ut neque per circumfusam gentilium superstitionum noctem, neque per obductas postmodum, tot, tantarumque hæreseon tenebras, extingui, ac ne obscurari quidem unquam potuerit. Quemadmodum enim per bina amplius secula, cum è barbara gentilium nocte Prussia emer- sit, splendor ille omnium in se oculos vertit, & mi- rum in modum affecit universos: ita posteaquam densæ hæreseon tenebræ, majori Prussiæ parti deinceps offusæ sunt, idem ille splendor, plurimis, et jam inter sectarios positis, mortalibus, Cynosuræ instar affulsit. Nullum enim fere unquam fuit tempus, quo non perpetuæ hominum, quin sæpe etiam urbium & populorum, ad Deiparam Lindensem, supplicum in morem accedentium, peregrinationes frequenta- rentur. Ubi primùm, per Ordinis Theutonicæ mili- tes, singularesque eorum adversum barbaros victo- rias, Christianæ lumen fidei, oboriri Prussiæ cepit, jam tum **DIVA LINDENSIS**, velut **AURORA**, à Sole suo **CHRISTO**, qui Prussiæ recens erat ortus, luce præviâ circumfusa, plus quàm Cimmerias gentilium Prutenorum tenebras, unâ capit dispellere. Ubi post- modum, per fœdam Theutonicorum eorundem in Prussia apostasiam, omne genus Hæreticæ caliginis, inter alias Prussiæ Provincias, recens constituto sese infudit Ducatui; unica fere **LINDENSIS VIRGO**, in tanta Ducatus illius vastitate, veluti **LUNA**, noctur- nas

nas inter tenebras, miseris mortalibus luxit. Non defunt, qui funestissimi illius temporis (qualorem, ad Dōminicæ tempora Passionis, putent referenda. Ut enim Domino, veluti *vero Iustitia sole*, inter cruciatuum illorum & mortis caliginem *obscurato*, omnium Domini discipulorum animis, fœda aut desperationis, aut infidelitatis, aut saltem timoris ita offusa fuit nox, ut fere in sola Virgine DEI parente (quemadmodum plerique Doctorum tradidère) reliqua fuerit, tum illibata fidei, tum inconcussa spei, tum integerrimæ charitatis Lux & Dies: ita cùm afflicto perlectas & sectarios Prussiæ Duceatui, miseranda nox & densissimæ incubuissent hæreseon tenebræ, unica, quamvis diruti Lindensis sacelli, vel potius DEIPARÆ, in eodem sacelli loco, per miracula, sanitatumque beneficia radiantis, lux & splendor, quæ Catholicorum, quæ etiam sectariorum oculos & animos, perpetuò ad se traxit. At ubi præcedente tempore, & Hæreseon tenebræ sensim depelli cæperunt, & sacelli illius, post excidium, singulari DEI ope, postliminio restituti, splendor, omnium etiam longissimè disjunctorum, oculis sese reddidit, jam VIRGO LINDENSIS, non secus atque *electa ut Sol*, vel, ut *Sole amicta*, in universo respiceret, quæ latè patet, Orbe Christiano. Quæ omnia, cùm suis uberius tractanda sint locis, hîc vel libasse suffecerit; ut vel exinde, quàm augusta fuerint LINDÆ MARIANÆ primordia, æstimari possit. Interim suum hîc locum & pondus habeat illud Innocentii Pont. qui illud Canticorum (a)

Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens! pul-

A 4

chra

(a) Cap. 6. 9.

chra ut Luna, electa ut Sol, sermone 2. de Assumptione expendens, in rem quodammodo nostram philosophatus, Luna, inquit, lucet in nocte; Aurora in diluculo; Sol in die. Nox autem, est culpa; Diluculum, penitentia; Dies, gratia. Qui ergo jacet in nocte culpa, respiciat Lunam; deprecetur MARIAM. Qui ad Diluculum penitentia surgit, respiciat Auroram; deprecetur MARIAM. Denique ut cum Francisco Mendoza (a) causam præsentem absolvamus, Qui in Die gratia vivit, respiciat solem; deprecetur MARIAM.

CAPUT III.

Augusta Linda Mariana primordia, progressus, & decora, ab adverso Satana ejusque satellitum odio & invidia, technis item, atque molitionibus asseranda sunt.

Natura ita comparatum est (placet enim cum Christiano Philolopho, & Christianorum apud gentilem Imperatorem patrono præfari hoc loco) ut *malitia se opponat virtuti; & divinâ quadam lege, qua inter se contraria sunt, depugnent. Non est illustrius Dei ipsius, divinorumque operum argumentum, quàm Satanae, ejusdemque Ministrorum adversum ea odium. Quod, cum semper, & ubique, tum in perpetuis adversus Deiparam molitionibus luculentissimè patuit. Jam enim ab ipso, & hominum & rerum omnium primo conditu, antiquus ille serpens, Calcaneo, Benedictæ inter mulieres virginis, insidiatur; & ipsa conterit caput illius (b) Impresserat ab ipso rei Christianæ, uti diximus, in Prussia exortu, suum quodammodo ad sacrâ Lindam calcaneum; & ita quidem impresserat, ut ad omnium ætates seculorum fixa hærent vestigia.*

(a) I. Reg. cap. 4. Annot. II. sect. 3. (b) Gen. 3. 15.

gia. Non potuit ea coluber ille, quantumvis maximè
adniteretur, vel eradere, vel obterere vestigia: neque
ramen destitit, quàm suis, suorumque Ministellorum
fibilis ac linguis impetere; quàm cæno vel pulvere ob-
ruere, vel, si id non cessisset, tegere. Dici vix potest,
quantum ii, qui de Quinto Ministellorum Evange-
lio, tanquam fonte caballino, labra proluerant, quoties
aliquid chartis illinendum erat, in hoc Satanae præ-
lio, & virium intenderint, & curarum nervos. Si
quid fortè, de prima istius Evangelii in Prussia se-
mente, memorandum venisset, primo statim impetu
in Deiparam Lindensem incurrebant. Si quid de
ejusdem Pseudo-Evangelii progressu atque incre-
mentis dicendum occurrat, à Lindensis sacelli exci-
dio & ruina et jamnum sumunt proëmium. Cælesti-
nus Misenta, inter Prædicantes Regiomontanos,
procacis juxta ac impudentis, si quis præm aliis, cala-
mi nuper & oris dum, in Manuali Prutenico, de præviis
sectæ suæ Apparatibus (quæ ille προνυσµερα vocat)
(a) differit, non potest inter Peregrinationes, quæ, vi-
gente Catholica in Ducatu Religione, viguerunt,
non nisi primo ac principe semper loco Peregrina-
tionum Lindensium meminisse. Idem ipse, cum de
Catholicæ, in eodem Ducatu, Religionis exterminio
(ita enim loqui homini illi libuit) differens Indulgen-
tias, Processiones, Peregrinationes ad loca sanctis ac divinis
consecranea, proscripserat & inhibitas fabulatur, comme-
moratione, inquit (b) dignum occurrit, de destructione Fani
ad tiliam extructis, ad quam peregrinationes, Indulgentia-
rum impetrandarum gratiâ, ut & recuperanda valetudi-

A 5

111

(a) pag. b. 8. (b) pag. d. 4.

nis causâ, ab undequaque hominibus illuc confluentibus, institui solebant. Paria sunt, quæ Caspar Hennebergerus, in suis ad Geographicam Prussiæ Tabulam commentariis (a) aliisque Ministelli ogganiunt. Quod enim majorem, loco, & Catholicis locum revisentibus, illi affricant *Idololatriam*, eò magis & loci, & hominum, numen numinisque matrem piè venerantium, se pandit religio atque pietas. Constat quippe Ministellos ex illa hominum tribu esse, qui teste divino vate Isaia (b) *Dicunt bonum, malum; & malum bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Verùm de ista Ministellorum indole, atque egregia, scilicet, exercitatione deinceps agendum erit (c) uberiùs. Nunc illud Miraculo propiùs sese offert trutinandum, quod LINDA MARIANA, non jam intra Varmiensis Episcopatus; sed intra ipsos Prussiæ Ducatus limites posita, ideoque Ministellorum, qui in eo Ducatu impotentem jam diu exercent dominatum, furori semper obnoxia, eorundem nihilominus semper eliserit atque perfregerit furorem. Potuit quidem sacellum Deiparæ Lindensis, quoad muros & parietinas, aliquamdiu furori illi cedere; sed quoad religionem & constantissimam populorum, et jam longè sejunctorum, pietatem (quam muris quoque exutum in animis hominum semper obtinuit) nunquam cessit: ut mihi, in ea Virginis Ædicula, intra Ministellorum fines eum in modum semper triumphante, nihil aliud nisi *Arcam Domini* (d) intra Philisthinorum regnum magni-

(a) pag. 261. (b) *Isaiæ* 5. 20. (c) *lib.* 2. (d) *1o Reg.* 5.

magnificè triumphantem, quasi coram videar intue-
ri. Et sanè, si cum D. Ambrosio, uti par est, sentien-
dum differendumque sit, quidni cum illo (a) excla-
mem? *Arca* quid, nisi sanctam *MARIAM* dixerimus?
siquidem *Arca*, intrinsecus portabat testamenti tabulas;
MARIA autem ipsius Testamenti gerebat Heredem. Illa
intra servet legem, hæc *Evangelium* retinebat. Illa *DEI*
vocem habebat, hæc *VERBUM*. *Arca* intus forisque auri
nitore radiabat, sed & sancta *MARIA*, intra forisque
virginis splendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro,
ista celesti. Neque minores *Arca* hæc nostra, de Allo-
phylis nostris, quàm illa vetus de Palæstinis trium-
phos egit, atque et jamnum agit. Conantur equidem
Allophylis nostri, ut profanis Dagonis, aut (si *Diodo-
rus* (b) idem respexit idolum) Dercetum *Ararga-
tum* vé suarum fanis inferatur, vel potiùs uniatur; &
quandoque et jam quasi opimorum in morem spo-
liorum iisdem offeratur (nam & *Arca* *DEI*, tan-
quam exuvias, & opimum quoddam spoliolum *Idolo*, donarii
loco, consecratam fuisse asserit *Chrylostomus* (c) *Ve-
ram* enim verò & *Arargates*, & *Dercetes*, & *Dago-
nes* (tot enim nominibus *Idolum* illud appellatum
docet *Athan. Kircherus* Tomo I. *Oedipi Syntagm.*
4. cap. 16. & ante illum *Mendoza* ad I. Reg.) Al-
lophylorum istorum, in ipso quoque triumpho suo,
perinde sine triumpho sunt, atque sine manibus &
sine capite *Dagon*. Et adverte, quæso, animum, ad
locum, tempus, ac modum triumphi! haud dubiè
cum *Theodoreto* (d) fatebere: *Quòd DEUS Allophylis*

Arcans

(a) *Serm.* 80. (b) *lib.* I. (c) *Tom.* 5. *lib.* contra *Gene-
tiles.* (d) *Serm.* 10. de *Provid.*

Arcam tradidit, populi iniquitatem arguens: Tradita autem Maiestatem tuetur, Allophylos docens, quod non Deum vicissent, sed hominum iniquitatem. Vel ad causam nostram paulò affiniùs, cù Ven. Beda, ad illud Lucæ: (a) Cùm fortis armatus, &c. alludendo dices: Fortis erat Dagon, quando stulta (etiam Prutenorum nostrorum) Gentilitas, arma suo custodiebat in atrio: fortior est Arca fidei, quæ huic, spolia impietatis victricis eripuit, & hæc arma & spolia pietatis fecit. Fecit enim verò, quando, ut hoc libro (b) spectabimus, apud Lindam Marianam, de victa ac prostrata gentilium Prutenorum superstitione, æternum quasi Trophæum statuit. Denique & cum S. Damasceno (c) adeoque universâ Ecclesiâ Græcâ (in Menæis 25. Mart.) Allophyllis nostris inclamare licet. Tanquam animatam DEI Arcam, nullatenus cuiusquam profani manus contingat. Quin potius Dei-para, in clamore exultationis, labia fidelium indefinenter occinant: Ave, Gratia plena, Dominus tecum. Verùm, & hæc surdis inclamantur. Pergunt illi, nimirum, & quemadmodum veteres illi Allophylli, omnem movent lapidem, ut restituant Dagon in locum suum (d) sed dissidendum minimè est, quin & hic eveniat, ut rursus manè, die alterâ consurgentes, inveniant Dagon iacentem super faciem suam, in terra, coram Arca Domini, caput autem Dagon, & duas palmas manuum eius abscessas super limen, intueantur: præsertim cùm eorum Architynagogi, qui non palmarum duntaxat, verùm

& ca-
 (a) cap. II. 21. (b) cap. 8. (c) Apud Simon. VVagnereckium chiliade I. Centuria 4. num. 308. οὐκ ἐμψύχω θεὸς καὶ βωλῶ, ψαχέτω μηδαμῶς χεῖρ ἀμνήτων. χεῖρα δὲ πρὶς αὐτῶν. &c. (d) 1. Reg. 5. 3.

& capitis vicem obibant, jam prostrati herbam, aut potius terram mordeant tanquam progenies illius, cui divinitus illud maledictum obtigit, *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ* (a) Porro cæteri quoque Azotiorum istorum, sive Duces, sive etiam satellites, seridò ad se respiciant, quid agant, quidvé circa Arcam Domini moliantur; ne fortè & super ipsos, *aggravetur manus Domini, & percutiantur in secretiori parte, &c.* præsertim, cum id jam nonnullis, ex eorum cohorte evenisse, suo loco memorabitur (b) Quòd si animum cervicem que insuper obfirmant, Arca hæc nihilominus triumphos ager; illi verò juxta Psalmum (c) vel inviti, videbunt, & irascentur; dentibus suis fremunt, & tabescent: desiderium peccatorum peribit. Vidit inter alios, & iratus est, fremuit dentibus, & contabuit; idem ille Manualis Prutenici author Mis lenta. Posteaquam enim ad quintum Ecclesie (ut ipse appellat) Lutherana statum in Ducatu Prussia, hoc est, ut ipse quoque exponit, *ad statum miserie & inclinationis ad ruinam*, pervenit, ejusdem que miseræ inclinationis persequi indicia orsus est. Tertium indicium ponit, *Religionis Romano-Catholice introductionem*. Hanc verò introductionem (supponebat enim, quanquam falsissimò Ministellus, Catholicam è Ducatu Prussia Religionem, proflum fuisse exactam, vel potius, ut ille sæpius ingeminat, *eradicatam*) unde tandem nobis, vel potius suis, manifestam faciet? *Ex locorum*, ut ille subdit, *Idololatricorum restauratione*. At quæ illa tandem loca? cum plurima fuerint in Prussia, miraculis, peregrinationibus, publicisque urbium ac populorum

(a) Gen. 3. 14. (b) lib. 2. cap. 18. (c) psalm. 111.

lorum supplicationibus celeberrima loca, quæ tantam restituta? aut potius, quorum ob restaurationem Myslenta quiritando tabescit? Dixerat loca idololatrica restituta; at ubi ad eorum ventum est census atque numerum, unicum, duntaxat, atque eum solum, nempe LINDAM MARIANAM memorat. An quia illa unica, plurimorum instar contra Allophy-lorum acies militat? an, quia non modò militantem, verùm & perpetuò contra suos triumphantem ob oculos habebat? an denique, quia ex illa sola, tanquam è prima uti Christianæ quondam, ita nunc Catholicæ in Prussia Religionis, primariaque Arce, sibi suorumque fidiculæ potissimum metuebat? Quidquid tandem sit, divinum oraculum, etiam in Mis-lenta verum fuit. Visintueri videntem & irascentem? vis audire dentibus frementem & tabescentem? Quarto, inquit ille (a) loca idololatrica antehac abrogata, & obsoleta, nunc, pro dolor! restaurantur & redintegrantur passim. Sic tiliæ illius, ante centum fere annos sacellum, ab Illustrissimo Duce Alberto dirutum, ac solo æquatum; à Pontificis Patronis jam restauratum, officina idololatrica abominanda evasit; peregrinis è longinquo, ac è propinquo, ed, superstitionis causâ, confluentibus; & impunè quidem quibus olim præmi loco patibulum erat designatum. Atqui, Euge! ô Ministelle! tuum illud pro dolor! (nam cætera suo loco audienda erunt) iterum atque iterum ingemina. Ego verò tibi, lociennisque ac comben-nonibus tuis illud Chrylostomi, in Catena Patrum Græcorum (b) apud Corderium, occinam. Usque adeò virtus, vitio gravis est, & molesta! Quemadmodum enim

(a) pag. 2. 6. (b) psalm. III.

enim ignis accendit spinas, ita & benignitas, in humanos, & efferatos homines irritat. Ea enim illorum improbitatem arguit & accusat. Cùm poriò ibidem Chrysolto- mus homines efferatos, præque invidia tabescentes, intra pectus, venenum suum tabemque premere as- ferat (sic enim pergit; Sed vide eum, cùm invidiâ extabe- scat, non audere accusare, & clarum virtutis aspectum in- tueri; sed mente quidem liquefcere, & dentibus dolorem ostendere; non audere autem verbum proferre; sed tantùm angere, & cruciari) & in eundem sensum Cyrillus in Ca- tena Corderii ad Lucæ II. 17. Quia impudens erat ta- lis illorum suspicio, ideo multorum timore perterriti non præsumpserunt, criminationes suas in publicum proferre, sed mente secum assidue versabant) cùm, inquam, hæc intra se isti premant, quantam, quæso, oportuit, non modò invidiæ, odiique tabem, sed etjam iræ, furorisque ra- biem in Mislenta fuisse, qui, & ore, & calamo, toties illud è pectore venenum profudit! atque idcirco, tanto magis Arcam Domini, in LINDA MARIANA triumphantem illustravit! Talis enim hominum isto- rum, genius atque indoles est, ut nihil sit illustrius, quàm quod illi carpunt: nihil augustius atque divi- nius, quàm quod illi proculcant. Qui enim scit Nero^a nem (fas est enim in simili causa, cum Terrulliano (a) perorare) intelligere potest, non nisi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.

CAPUT

(a) Apologet, cap. 5.

CAPUT IV.

*Ipsæ Lindæ Marianæ situs, ac loci conditio, amantatem juxta
ac Religionem spirat.*

Magnam persæpe rebus gratiam adjicit ipsa loci conditio atque situs; Lindensi verò sacello, quemadmodum plerumque & aliis Deiparæ Virginis alibi positis Ædibus, miram insuper addit venerationem, sacro quodam horrore permixtam. De sacra Divæ Hallensis Æde, non aliâ fuit Justo Lipsio experientiâ atque testimonio opus, cum abundaret proprio. Cum veni, inquit ipsemet (a) & calidè Templum adii, ac preces capi fundere; sensi trepido quoddam gaudium, & mixtâ veneratione, corpus animumq; percelli; & palpavi in loco Numen esse, quod, vel ignavis mentibus se superfundat. Et alibi (b) Ornatum (inquit de sacello Hallensis Templi Deiparæ sacro) à donariis & tabulis votivis habet, religionem à se, & nescio, quomodo ingredienti eâ tangit. De sacello, quin universim de ipso Lindæ Marianæ loco, non possunt, unâ mecum, non fateri plurimi, qui id unâ experti sunt, ac quotidie propè experiuntur. Evenire quippe solet, iis potissimum, qui nusquam antè locum sacrum accesserant, ut, simul ac virentes in propinquo silvulas atque lucos emensi, in sacra Ædis, atque ad eò loci ipsius conspectum venerint, tantundem animo hauriant pii cujusdam sensus, venerationis, horrorisque sacri, quantum de ipso loco libarant oculis: ipsa quippe loci facies, quiddam amæni juxta ac sani ex se videtur spirare. Hinc enim, ab ortu perinde atque occasu,

(a) cap. 1. (b) cap. 4.

prorensi in longum colles gemini, modicè in altum flexi, vallem, quæ sub ipsum Orientis collem Deiparæ sacellum amplectitur; pinetis variâ arborum stirpe non nihil intertextis, & quasi coloniis hinc inde ductis, atque arte quâdam, propè in quincuncem saris, utrinque leviter stringunt: inde verò gemini itidem Lacus, Virbellus à Borea, & Denaus ab Austro, vallem eandem rivulo perenni (qui in hunc ex illorum sese, tum pisces ultro citroque commeantes evolvit) ita rigant; ut simul, vel ex ipsa quoque una valle spectantiû, oculos mira perfundant voluptate; & quasi tacitè, illud (quod Græca Ecclesia in Menæis 3. Januar. sancti Sabæ verbis Deiparæ occinit) communibus rivuli susurris videantur ingeminare. Tu, ô sponsa Numinis, aqua in vitam aeternam salientis, atque vitam eandem in cunctos homines derivantis, publicum quoddam labrum, umbraculumq; fontanum existis. (a) Vel certè illud, quod eadem Ecclesia S. Theophanis verbis 17. Januarii modulatur. *MARIÆ immaculatae, & omnium sanctissimæ Virgini, faustâ plaudantia acclamatione.* Ex ipsa enim, donorum caelestium, quæ vitam humanam excedunt, scaturigo nobis promanat; ut quæ est torrens quidam bonitatis divina. (b) Quòd si quis, porrò etjam in fontes atque scaturigines, in eadem

B

valle

(a) Apud Simonem Vagnereckium Chil. 1. Cent. 1. num. 17. ὕδατ' ἀλλομένε εἰς ἀθανάσιον ἑσθῆσιν σκηνώμα, τὴν πηγὰς ἑσθῆσιν τῶν ζώων τοῖς ἀνθρώποις, θεοῦ μυστηρίου.

(b) Apud eundem Cent. 1. num. 114. Μαρίαν, τὴν ἀχραντὸν ἔκ παναγίαν ἀνευφημήσωμεν. δι' αὐτῆς γὰρ ἡ χάρις ἡμῖν πηγάζει τῶν ὑπὲρ πάντων δωρεῶν, ὡς ἐκ χειμᾶρος, τῆς θεοῦ χάριτος.

valle pluribus locis erumpentes, & quemadmodum suo loco videbimus, ad medicandos tum reliqui corporis, tum oculorum morbos perquam salutare, respexerit; vix se cohibebit (præsertim quando unâ adventantium in publicis supplicationibus intuebitur choros) quin cum eadem Ecclesia, verbis S. Josephi, Deiparam interpellet: *Decantandis tibi laudibus intentos, & chorum instituentes sacratum, ô DEIPARA, quæ es Fons vivus ac perennis, in divina, quàm de te habent, existimatione confirma. gloriosi. q. in celo dignare coronâ* (a) Tantam loci amœnitatem, ipsum Deiparæ sacellum, colli, uti diximus, Orientem versus subiectum, & adjacentem non nihil hinc inde despectans vallem, cujusdam instar diadematis coronat; & omnium ad sese oculos, præ cæteris rapit. Et quid ni rapiat, cum pauca, quæ ad aliorum, etiam non satis sacrorum, amœnitatem locorum facere possint, hinc desiderentur. In sacrosancta Æde Lauretana, Turfellino (b) ad loci ipsiusque Ædis amœnitatem plurimum facere videtur; quod, si quâ usquam, ad quatuor mundi cælique regiones, ex Mathematicorum disciplina sita sit; ut sol sub occasum, per fenestrâ, Angeli quondam ingressu nobilem, veluti vespertinus saluator ad B.V. accedat, quando matutinus esse nequit, objectu parietis exclusus. Atqui et jam in sacro Deiparæ Lindenensis sacello, examulsum propè ad easdem mundi cælique Regiones posito, non modo vespertinus, verùm & matutinus, & meridianus, &

(a) 3. Ianuar. ex cent. I. num. 18. τῆς σῆς ὑμολόγησθε θεοτόκε, ὡς ζωσα καὶ ἀφθονος πηγῆ, θίασον συγκροτήσαντα πνευματικόν, σεβάσωσιν ἐπὶ τῆς θείας δόξης σου, καὶ σεφάνια δόξης αἰξίωσον. (b) lib. I. cap. 10.

(sub solstitium æstivum) aliquantum etiam Aquilonaris saluator accedit sol. Ad Bellifontanam DEIPARÆ Ædem, plurimum Ericio Puteano, qui historiam scripsit, loci amœnitatem commendat, scaturiginum fontiumque, à quibus loco nomen, ubertas. Ad D. Weyerensis Friderico Fornerio (a) tantundem confert, quod vallis interjaceat per amana, fontium scaturiginibus, & stagnis ac lacubus visenda, & collibus feracissimis per gyrum cincta. Colles apud Lindam Marianam ulque adeò feraces ac fructiferi esse necdum possunt, quibus vario arborum genere hæctenus conveltis, satis fuit jucundissimam toti loco lœnam prætexere. Si tamen cultus accesserit, ne illi quidem ad hortos ac struenda pomaria inutiles aut incommodierunt. Vallis, tametsi fertiliorem habeat glebam, superiore tamen ævo, quo sacellum & locus squalebat desertus, in paludem pene desierat prorsus inertem. Arubi, paucos ante annos, manus admotæ tandem sunt, & fossæ atque incilia suis locis orta, pravum exfluxerunt humorem, arboresque & virgulta (quæ integro propè seculo, tanquam spuria vitulina adoleverant) excisa vel etiam stirpitus revulsa sunt, jam vallis non gramini modo atque ole-ribus, verùm & struendis ad voluptatem deliciasque hortis, idoneum exhibet fundum: qui sicut non nihil jam excultus est, ita diligentiosem sperat, adeoque suspirat cultorem. Quantum enim cultor naviter adhibuerit industriæ, tantundem & loco sacro decoris, & sibi commodi atque fructus, nec minùs afferet peregrinis, & quibuscumque tandem advenis, voluptatis atque

(a) lib. I, cap. 6.

amanitatis. Ego, si quid veterum juxta ac recentiorum placitis geographorum est dandum, vix ullum, toto pene universo, amantior, & ad usus humanos commodiorem invenio locum, quam sit Bosphorus Thracius: quem, sicut Constantinus M. nova Roma, ex suo appellata nomine, ornandum; ita Petrus Gylius justo & erudito volumine, cum aliis de causis, tum ob singularem amantiam, celebrandum sibi sumpsit. Mihi quidem etsi omnino non sit *fas parva componere magnus* (nam Bosphorus centum sexaginta stadia longus est, quæ faciunt tera millia Germanica cum bessa; latus verò stadia quatuor, quæ faciunt quingentas passus) licebit tamen in LINDA MARIANA aliquam Bosphori illius quasi imaginem intueri, Bosphorus gemino, hinc Ægæo, illinc Euxino mari clauditur; Linda hinc atque inde, gemino substringitur lacu; Bosphorum Propontis Pontus Euxini finis, principium Ægæi ex altero in alterum mare sese evolvens, medium interluit; Propontidem ad Lindam itidem exhibet, rivulus, cum pisces ultra citroque, tum semetipsum ex uno in alterum lacum exonerans. Bosphorus Regiâ Constantini M. urbe quasi coronâ quâdam præcingitur; nos facellum Dei paræ diadematis instar toti loco Lindensi impostum videmur nobis intueri. Bosphorus cum quovis quâ latè patet orbis, de amantiam certat loco: sed neque amantiam, gratia, jucunditas & suavitas, quæ ad Lindam Marianam oculos animosque omnium patitur, cuiquam minori, è vicinioribus præsertim locis, facile concedet. Jam verò, ut commoda, quæ ad usus pertinent quotidianos ac vulgares, majora ho-

min

minibus afferat Bosphorus; certè, quæ apud Lindam Marianam, non in animos modò, verùm & in corpora redundant mortalium, tanto sunt ampliora atque angustiora, quanto sacra antestant profanis, cælestia terrenis, fluxis atque labentibus æterna, divina denique humanis. Ad extremum (quod ad situm utriusque loci maximè facit, quodque hujus causæ proprium est) Bosphorus Thracius inter Asiam & Europam limes est; ita ut Chalcedourbs, Bosphoro orientem versùs adjacens, Asiam aperiat, quemadmodum Constantinopolis, olim Bizantium occasum versus aperit Europam: at verò LINDA MARIANA, quanquam in Ducatu Prussiæ tota sit, quia tamen toto, quæ è meridie in Boream quàm maximè protenditur, fundum Episcopi-Varmiensis occasum versus radit, haud injuriâ pro Limite inter utramque provinciam centeri potest. Ipsius certè Religionis Catholicæ, hoc præsertim infelici seculo, limes omnino est. Tamen si enim per omnem ubique Ducatum, præ Lutheranorum quoque commentis, quæ Augustanâ Confessione circumscribuntur, primas Ecclesiæ Catholicæ, etjam civili jure, obtineat partes; adhuc tamen malum à Lutheri Pseudo-evangelio satum germen, plurimum mortalium in Ducatu illo obsidet mentes, ut de Orthodoxo populo, *appareant rari tam vasto in gurgite nantes*. Spes tamen est haud dubia, vel ab hac LINDA MARIANA, quæ super gurgitem ita vastum, Phari instar divinitus posita est, sicut olim in alias plures provincias, ita deinceps in Ducatum Prussiæ, quaquaversum Catholicæ Ecclesiæ lumen ac splendorem longè lateque processurum.

B 3

CAPUT

CAPUT V.

Linde Mariana situs, etiam quoad geometrarum, geographorumq; rationem exactus, ad pietatem religionemq; excitandam multum facit.

Silicum ad geometrarum & geographorum exigamus leges, longitudinis quidem terrestris quadragesimum circiter octavum; at verò latitudinis quinquagesimum quartum obtinebit gradum, Rastemburgum inter ac Rastemburgum civitates, inæquali aliquantum à sacro loco disjunctas intervallo; hinc enim quinque circiter, inde verò haud paulò plus ternis abest passuum millibus. Univerfus fundi Lindensis ambitus infra sex, ut vocant, mansos, sive intra centum octuaginta continetur jugera; mansus enim ad Culmensem, quæ hinc in usu est, decempe-dam subactus, tricenis constat jugeribus. Tam angusti fines, silvis & lacubus undique clausi, non unius juri atq; legibus municipii subiant. Quantum enim rivulus, Ortum versùs mediæ præsecuit valli, municipii est Rastemburgensis, & uno dumtaxat manso, seu triginta comprehenditur jugeribus: quantum verò idem rivulus de valle occasum versùs dirimit, Schistensis castri juri subditur, & plus aliquanto quatuor continetur mansis. Tantas loci sacri angustias, angustiores superiore anno contendebat reddere, vicini fundi possessor. Verùm causâ arbitrarium, etiam à Præfecto Rastemburgensi missorum arbitrio discussâ, limites **DIVÆ** Lindensis non modò integri relicti sunt, verùm & in adjacente adversarii fundo jus pascionis & pascuorum ad triginta annos acquisitum publicisque tabulis sancitum est.

Jam verò hinc eundem Deiparæ sacrum locum, non

modò ad Prussiae totius, verùm & ad universæ Euro-
pæ componere ambitum quis satagat, haud fortasse
injuriâ illud Regii vatis (a) de supremo Numine, in
eodem loco per opem & suffragia magnæ DEI Ma-
tris, tot & tanta mortalibus beneficia largiente, usur-
pare poterit; Deus autem Rex noster ante secula; opera-
tus est salutem in medio terra. Cùm enim Prussiae uni-
versæ positus, quoad latitudinem quidem intra 53. ac
56. parallelos, quoad longitudinem verò intra 44.
ac 50. fere intercipiatur LINDA MARIANA, quæ &
longitudinis quidem, uti diximus, 48. & latitudinis
54. occupat gradum, propè instar centri, medium
Prussiae universæ locum occupabit.

Quòd si Caspar Hennebergerus Tabularum Prus-
sicarum haud aspernandus architectus (b) Episco-
patum Varmiensis, non partem duntaxat, sed me-
dium Prussiae locum occupare dicit, quidni Lindam
Marianam, quæ multo, quàm integer Episcopatus, ad
centrum totius Prussiae magis accedit, medium Prus-
siae locum occupare dicamus? Quid, quòd Europam
ipsam, quæ inter Asiam Africamque quadantenus
media adjacet, dicti quadagesimus octavus longi-
tudinis, & quinquagesimus quartus latitudinis gra-
dus (ut vel ipsam Europæ tabulam, cuius oculo
duntaxat libanti constare potest) mediam quo-
que quadantenus interfecant, ut vel hinc pateat,
tum Europam orbis universi (saltem veteribus
jam olim cogniti) tum Prussiam Europæ, tum
denique Lindam Marianam ipsius Prussiae medi-
um occupare locum; ideoque umbilicum tum

B 4

Prussiae

(a) Psalm. 73. 12. (b) pag. 2.

Prussiae, tum Europae, ne dicam orbis veteribus cogniti dici posse, non secus atque Livius *Aetolos umbilicum Gracia* (a) aut Cicero (b) *Ennam urbem, Sicilia*, aut denique alii plerumque, *Reate umbilicum* appellant *Italia*. Quod si plerique Judaeam, apud Ezech. (c) *umbilicum terra* dictam putant, tum ex eo, quod medium terrae orbisque universi videretur locum tenere; tum potius, quod (uti Cornelius advertit) gentes ex Judaea, fidem, gratiam, sapientiam, & salutem à Deo suxerint, perinde atque infantes in utero adhuc positi, alimenta per maternum sugunt umbilicum; quid vetat *LINDAM* quoque *MARIANAM*, utraque de causa, tum umbilicum, per quem tot gentes atque populi, & salutem, & sapientiam, & gratiam, & fidem ipsam, quotidie sugunt, tum *Medium terrae* dici? Quin imò, quid obstat, quo minus id, quod mellifluus Bernard. de Deipara Virgine universim (d) effatus est. nos de diva Virgine Lindensi usurpemus? Operabatur Deus, inquit ille, *salutem in medio terra; in utero videlicet Virginis MARIAE*; quo mirabili proprietate, terra *mediū* appellatur. Ad illam enim, sicut ad *Medium*, sicut ad *Arcam DEI*, sicut ad *rerum causam*, sicut ad *negotium seculorum*, respiciunt, & qui in caelo habitant; & qui in inferno; & qui nos praecesserunt; & nos, qui sumus; & qui sequentur; & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Illi, qui sunt in caelo, ut resarciantur; & qui in inferno, ut eripiantur; qui praecesserunt, ut Propheta fideles inveniantur; qui sequuntur, ut glorificentur. Quod si quis porrò, neque Orbis, neque Europae, neque ipsius adeò

(a) lib. 5. (b) Act. 6. Verr. (c) cap. 38. 12. (d) serm. 2. Pentecost.

us adeò Prussiae medium occupari à Linda Mariana locum contendat, saltem illud lubens volensque concedet Lindam Marianam inter Ducatum Prussiae ac Varmiensem Episcopatum, mediam quasi interjacere; & B. Virginem, secundùm **DEUM & Filium** suum (ut Apostoli verbis (a) utat) *facere utraque unum: & medium parietem maceria solvere.* Solvit enim, & quidem planè quotidie solvit, quando murum illum, quem peccata mortalium, **DEUM** inter & ipsos (non dissimili conatu vel porius furore, quàm vel apud veterum Gigantes, vel apud impios Turris Babel architectos fuêre) ad cælum ipsum usque perduxerant, suis apud Filium precibus demolitur; ut eâ causâ illi Græca Ecclesia (b) jure occinat: *Tuo parte naturam superante, disjectus est medius paries, qui propter maledictum nos à DEO divellebat, atque anà nos natura divina connexi sumus: Filius quippe tuus, eos, qui Te, uti Deiparam colunt, per gratiam in filios adoptat.* Adhæc solvit, quando Ecclesiae Catholicae pomeria intra Prussiae Ducatum felicissimè producit ac provehit. Hoc enim pacto, *parietem maceria,* aut potius murum (quem, non jam legitimi aliqui Prussiae Ducatus moderatores ac magistratus; sed impiissimi hæreseon architecti, Ecclesiae Religioni que Catholicae, ad ipsos Ducalis Prussiae limites, perpetuum, & quodammodo adamantinum esse cupiebāt) fortunatè ac gloriosè disjecit; aut non tam disjecit, qui nunquam

B 5

sub-

(a) Ephes. 2. 14. (b) ἐρράγη τὸ τῆς ἀρετῆμων μεσάτοιχον, τῷ ὑπὲρ πάντων σου, καὶ τῆ θεῖα φύσει συνήφθημεν, ὃ τῷ θεῷ ἡδὲ ἐχρημάτησεν ἠορητίσας χάριτι, τὸ θεοτόκον σὲ γεραίροντας.

substructus fuit, neque ullo etiam civili jure substrui potuit; quàm, ne substrui posset, pro ea, qua apud Deum & mortales potest ac pollet, autoritate perfecit. Insuper solvit; quando, ut ad mentem Apostoli intimiùs loquamur, *inimicitias interfecit*; interfecit, inquam, ac quotidie, si non in semetipsa, certè in Filio suo, interfecit magis ac magis; quando illa sectariorum odia, & accensos irâ inflammatosque olim animos, ita ut in Ecclesiam Catholicam Catholicosque omnes, etiam in proximo sitos, malignè semper arderent atque exæstuant, ita sensim domuit ac domat, ut plerique eorum, extinctis illis flammis, certare etiam humanitate ac benevolentia cum orthodoxis non desistant. Ad extremum, ne illud quidem inficiari quisquam poterit, LINDAM MARIANAM, illiusque causâ DEIPARAM Virginem, inter Ducatum Prussiae & Episcopatum Varmientem, jam se olim *Mediam* statuisse; quando & Ducatui, jure municipii, & potiore Religionis jure Episcopatu obnoxiam se ita voluit esse; ut in eam uterque provincia utriusque paries, quasi in lapidem angularem coiret, quoad tandem in verum illum, à DEO positum, lapidem summum, angularem, electum, preciosum, 1. Pet. 2. 6. una coalescant. Talem quippe (ut jam cum Richardo à S. Laurentio lib. 1. de laud. Virg. causam concludamus) decebat esse Matrem, ut *Medatrix Mediatorem, lapidis angularis, lapidem pareret angularem*: in quo, juxta Eph. 2. 20. *summo angulari lapide Christo Jesu*, etiam ii, qui nunc sunt hospites & advenæ, aliquando tandem *superadificentur super fundamentum Apostolorum & Prophetarum; cives Sanctorum & Domestici DEI*. Quod

ut

utquàm primùm fiat, ipsa Lindensis DEIPARA ad-
juvabit: de qua etiam usurpari quodammodo potest,
quod de ipsa Deipara usurpavit B. Amadæus. Ipsa
Virgo virginum (inquit ille hom. x.) *vernans floribus, &*
in fructuum suavitate delicias, apparet Media & velus
Arbor, plantata in medio Paradisi, attollit verticem in alti-
tudinem cali, & de superno rore concipiens fructum refert
salvatorem.

C A P U T VI.

Primordia & prima facelli Lindensis origo, ex unico, quod è veteribus super-
est, monumento, seu privilegio, ab Ordine Theutonico fundi Lin-
densis possessoribus dato, in vestigantur.

Qui prætergressam fugientemvè in aliquo saltu
feram vestigant, non nisi ad impressa, si quæ uspi-
am se offerunt, feræ vestigia respiciunt: non secus fa-
ciunt ii, qui rerum perenni temporum lapsu decur-
rentium, aut aliquâ insuper hominum pravitate in-
tereuntium, memoriam, quasi è cursu reprehendere
conantur, non nisi ad monumenta, si quæ supersunt,
tanquam ad vestigia, debent respectare. Etsi verò, cū
ipso Lindensi sacello, pleraque etiam illò spectantia
monumenta, hæreticus furor sustulit, non desunt ta-
men paucula, quæ nos ad primam illius quoque sa-
celli originem, quasi quodam Ariadnæ filo, utcunque
ducant. Hæc verò inter, principem sibi vindicat lo-
cum, Jus & Privilegium Joanni Langerbein, à Joanne
Tieffenio, Ordinis Theutonicorum tricesimo se-
cundo Generali Magistro, iv. Idus Oct. Anno Do-
mini m. cccc. xci. datum. Quod quidem ipsum per
se in membrana exaratum, sigilloq; etiamnum mu-
nitum, uti & geminū illius exemplar (quorum alterū
è Pa-

è Tabulario Ecclesiæ Cathedralis Varmiensis, per D. Michaëlem Schambogen, ejusdem Ecclesiæ Canonicum & Cancellarium; alterum verò per Magistratum Rosseliensem, ex civitatis Actis transumptum est) cum ad manus nostras integrè pervenerit, non debuit hoc loco plurimis de causis præteriri. Est autem è Theutonico in Latinum, eâ, quâ par erat, fide, hunc in modum à nobis traductum.

Joannes à Tieffen, Ordinis Fratrum Hospitalis S. Mariæ, Theutonicæ Domus in Hierusalem, Generalis Magister. Notum facimus, & omnibus ac singulis, hasce literas nostras lecturis vel audituris, restatum esse volumus: quòd Joanni Langerbein, fideliter nobis dilecto, ob singularia in Ordinem nostrum merita, ab ipso jam præstita, & tum ab ipso deinceps, tum ab legitimis ipsius heredibus posterisque nobis Ordiniq̄ue nostro præstanda, Tabernam, juxta sacellum Lindente sitam, unâ cum manso agri & horto (quæ, de prædecessoris nostri gratia & consensu, à Petro Vogler emerat) concedendam & inscribendam esse duximus; quemadmodum memorato Joanni Langerbein, legitimisque ejus heredibus ac successoribus, prædictam tabernam, cum manso agri ac horto, juxta dictum sacellum Lindenle, in territorio Rastenburgensi, intra limites à nostris fratribus designandos sitam, vi & vigore literarum harum de facto concedimus & inscribimus. Ad hæc damus & concedimus eidem, legitimisque illius heredibus ac successoribus, duos mansos silvæ, in Sehistenfi Territorio, inter lacum Denau, & limites Episcopatus sitos, quemadmodum fidem ab Ordinis

dinis

dinis nostri Fratribus monstrati sunt: in agris, pratis, silvis, arbustis, paludibus, prorsum ab omnibus operis, angariis, & laborum oneribus liberos, jure Culmensi æternum possidendos. Insuper concedimus illi judicia minora, quoad vulnera, & livores; majora verò nobis & Ordinis nostri dominio reliquimus dijudicanda. Quòd si quis etjam memorato Joanni Langerbein, legitimisque illius heredibus & successoribus, intra silvas aut limites illorum, damnum quodpiam intulerit, multa iisdem cedere debet.

Cæterum Joannes Langerbein, ejusque legitimi hæredes ac successores, de Taberna, quotannis die S. Martini Episcopi, sacerdoti Ordinis nostri, qui sacellum Lindense curabit, unam bonam marcã, utualis in Prussia monetæ pendet. Si verò sacellum illud sacerdos Ordinis nostri non curabit, census, ei, qui ex Ordine nostro Præsidentem Rastenburgi ager, pendetur. Volumus etjam, ne quisquam, sive in majoribus Dominæ nostræ festis, sive quovis alio per annum die, citra scitum & consensum prædicti Joannis Langerbein, ejusque heredum ac successorum, ullum genus cerevisiæ, in eorundem præjudicium, venum proponat. Concedimus etjam illis, liberam in duobus lacubus, Denau & Wirbel dictis, piscationem minoribus instrumentis, & ad eorum tantum usum, non autem ad vendendum: similiter & in fossa juxta Tabernam, uti & in aqua ex Skarenicht Resselium decurrente, quantum, citra Ordinis nostri damnum usus permittet. In perpetuam hujus rei fidem, literis hæc sigillum nostrum appendi curavimus

mus

mus; quæ datæ sunt in castro nostro Rhein, die Divisionis Apostolorum, Anno à Nativitate Domini 1491. Testes horum fuerunt Reverendi, spectabiles, & spirituales Ordinis nostri, dilecti ac devoti Domini ac Fratres, Stephanus à Streitberg major Commendator, Rudolphus à Dippelskirch Commendator in Rhein, Dominus Nicolaus Creuder Capellanus noster, & Canonicus Regiomontanus; Wilhelmus ab Eisenberg Bartensis, Joannes à Wallenfels Rastenburgensis Præfectus; Jordanus à Bergrode, & Eckardus à Reichstag socii nostri; Liborius & Joannes Notarii nostri, aliique multi fide digni. Concedimus etiam ipsi illiusque heredibus in superscripto ad sacellum horto, apes servare, & iisdem omni meliori modo uti, frui.

Atque ex hoc Privilegio, præter cætera, quæ œconomiam temporalem, rei que familiaris & fundi incrementum concernunt, illud ad causam præsentem maximè videtur pertinere. Principiò quidem, quod illo ipso, quo privilegium est concessum, nonagesimo primo supra millesimum quadringentesimum anno, tum sacellum ipsum Lindense jam viguerit (ita, ut sacerdotem, curionis ad instar, vel ex ipso Ordine Theutonico, vel aliunde sumptum, jam haberet) tum diversorium sive Taberna, ob populi ad locum sacrum confluentis frequentiam jam posita, atque eo jure stabilita fuerit, ut cum, non majoribus duntaxat Virginis Deiparæ festis, verùm & aliis per annum diebus, populo undique agminatim concurrenti, præter alias merces, etiam poculenta ab extraneis (quod & nunc quoque postliminio increbrescit) proponi venum capissent, ea potestas extraneis adempta ita sit, ut

solis Lindensis fundi possessoribus relicta fuerit integra. Alterum verò est illud, quod sacri Lindæ Marianæ locus, multis retro temporibus coli, adiri. frequentatiq̄ue cæperit. Cùm enim ob loci & sacelli religionem, indies magis efflorescentem, populi quoq; frequentia indies augetur; & ad populi, locum sacrum sacellumq̄; ipsum frequentantis, usus diversorium sive Taberna necessariò fuerit extracta; liquere manifestò debet, & tabernam sacello, & sacellum ipsum, populi visitantis concursu atque frequentia, multò esse posteriora; ut ita & ante conditum sacellum religio loci sacri plurimum viguerit; & ante positam tabernam, etiam sacellum (cujus causâ tabernam constat fuisse conditam) non minùs, quàm ipsa tilia sacello inclusa (de qua cap. 13.) tum florem, tum odorem longè lateq̄ue sparserit suum. Accedit, quòd Privilegium, per Generalem Ordinis Theutonicorum Magistrum Joannem à Tieffen Anno 1491. collatum, palàm commemoret, tabernam & mansum diu antè, sub Tieffenii antecessore (qui fuit Martinus Truchsesius à Werzhausen, in Magistrum Ordinis Anno 1477. quatuordecim videlicet ante privilegium collatum annis, lectus) fuisse à Petro Voglero possessum, ac postmodum Joanni Langerbein venditum. Cùm verò & mansi & taberna, cultum celebritatemq̄ue, solius causâ sacelli, uti diximus, habuerint; nefas est ambigere, quin Linda Mariana, ante illum annum & proxima illi anno tempora, diu ante viguerit. Petrus enim Voglerus, qui proximè antecedentis Generalis Magistri temporibus, Lindam vendiderat, aliquanto utique temporis intervallo Lindam antè possedit:

& pos.

& possessionem illam, vel à majoribus suis hereditate, vel alio juris titulo ab extraneis adiit: ut non dubiè credendum sit, fuisse alios, qui sub initium seculi decimi quarti, Petrum Voglerum in possessione Lindæ præcesserint; adeoque sub illa ipsa seculi decimi quarti initia, tum Lindæ, tum Lindenses Panegyres non minimum viguerint. Quid si verò, etiam ante dictum quartumdecimum seculum Lindam & Lindenses Panegyres viguisse, aliquâ ratione asseramus? Constant Rastenburgum, ad cuius municipium Lindensis fundus pertinet, sub Annum Domini M. CCCXXIX. esse conditum, & à requie, quam milites Theutonici, bellis alibi defessi, restaurandis viribus captare Rastenburgi tolerent, quasi castrum sive *Arcem quietis*, ac refocillationis fuisse nuncupatum. Quid si porrò Deus, eodem propè loco ac tempore, quo homines corporum suorum quieti ac tranquillitati, Arcem & quoddam quasi Asylum struebant, multò opportunius ac magis necessarium, quieti ac refocillationi animorum Asylum atque Arcem erigebat? Quid si magnus ille Belli Imperator, ut milites sui (quibus, Apostolo (a) pronunciante) *non est colluctatio adversus carnem & sanguinem; sed adversus Principes & potestates; adversus mundi rectores, tenebrarum harum; contra spiritalia nequitia in caelestibus*) tantis & tam periculosis belli tempestatibus defessi, ne dicam, graviter per sæpe afflicti, vulnerati, ac propè fracti, suum non modò receptum, verùm & asylum, & quietis necessariæ refocillationisque apud Lindam Marianam, tanquam apud multò augustius divinius-

(a) Ephes. 6, 12.

que *Rastenburgum*, paratam haberent Arcem, tutissimamque stationem, à primo tempore, quo illud belligenus ac pericula capere, paternè providebat? Quando enim piissimus ille *Samaritanus* noster (a) de *Ierusalem in Iericho descendentibus*, & tot tantorumque immanitate latronum sauciatis, quin & *semivivis relictis*, non continuò adest? Quando eosdem ita miserimè afflictos, aut *infuso vulneribus oleo & vino*, non refocillat? aut *suo insuper jumento impositos & ad stabulum*, hoc est, uti *Græcus* quoque ac *Syrus* legunt, ad *Diversorium ductos non curat*? Et quid sunt aliud tot, & tam illustria *Deiparæ Virginis* templa atque *Ædes*, perinde illius cultu atque innumeris lanitum gratiis, toto orbe conspicua, quàm quædam divini *Samaritani* nostri *diversoria*? vel unum hoc *Lindense diversorium*, fidem hîc abunde faciat. Quotus enim quisque non animo duntaxat, verùm & corpore plerumque saucius, eò accedit, quin continuò, & animi, & corporis vires ac robur (sæpe etjam ultra sua suorumque vota, sed non ultra pietatem beneficentiamque *Samaritani cælestis*) resumat? Quis enim (ut cum magno illo *Constantinopoleos Patriarcha S. Germano*, hom. de *Zona Virginis*, *Deiparam ipsam* alloquamur) quis, inquam, post tuum *Filium*, curam gerit generis humani, sicut Tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis in supplicationibus ad eò pugnat cum peccatoribus? Quid ni verò, & cum mellitissimo *Bernardo* (b) eandem insuper appellemus? Ergo beatam Te dicent omnes generationes, *Genitrix DEI, Domina mundi, Regina cali*; qua omnibus generationibus vitam & gloriam

(a) *LUC, 10. 33.* (b) *serm. in Fer. 2. Pentecost.*

gloriam genuisti. In Te enim Angeli latitiam, justi gratiam, peccatores veniam invenerunt in aeternum. Merito in Te respiciunt oculi totius creaturæ, quia in Te, & per Te, & de Te, benigna manus Omnipotentis, quidquid creaverat, re creavit.

CAPUT VII.

Sub primum Christiana in Prussia religionis exordium, cultum quoque & venerationem DEIPARÆ, ad Lindam Marianam videri exortam.

Quanto fædior, & supra barbararum quoque gentium morem, inanius juxta ac immanius gentium quondam Prutenorum idololatria fuerat, tanto altiores in animis miserimorum egerat tunc dices: ut neque ipsa temporum diuturnitate aboleretur, neque clarissima jam Christianæ fidei, per universum orbem radiantis luce perstringi; neque ad extremum vi bellicâ, quanquam sæpius varieque admotâ, extirpare pari facile posset. Constat, armis Theutonicorum Ordinis B. Virginis militum denique extirpatam esse, qui, cum à Conrado Masoviorum Duce sub Anno Domini 1226 invitati, & tum à Rom. Pontifici Honorio III. tum à Friderico II. Imperatore, adversum infideles missi, sub Anno 1233. Prussiam ingressi, paganos integro propè seculo fortissimè, interdum Marte, oppugnassent, tandem & terram & terrâ ipsâ asperiores contumacioresque infidelium animos expugnaverunt, ac Jesu Christo, eiusdemque Vicario, Romano Pont. subjecerunt; eisdemque victoriæ Trophæa, quot sive Arces, sive Urbes, sive Tempia, ad elegantiam pariter ac fortitudinis Christianæ normam expolita, felicissimè, quântissimè Prussia patet, statuerunt. Inter quæ principè

DEO ita providente, locum obtinuisse LINDAM
 MARIANAM deinceps patebit. Sæpius antè Pruteni,
 per varios ad Christum non modò vocati, verùm &
 traducti cum essent, ad Idola nihilominus sua post-
 liminio relapsi sunt. Qui iis Christi Evangelium an-
 nuntiavit primus (fundamento assertionis sumpto
 ex vitâ ejus, per Marcellinum collegam suum scri-
 pra, in qua iste insignis Apostolus narratur Boructua-
 riis prædicâsse) fertur S. Suirbertus fuisse, in Anglia
 sub Annorum Christianæ DCXLVII. natus, & cum
 biennium in Prussia; haud pœnitendo fructu præ-
 dicâsse, in Germaniam, unde venerat, reversus, ibi-
 demque sub Annum DCCXVII. uti testis est Surius
 ad 1. Martii, fato suo est defunctus. Duobus propè
 seculis exactis, S. Adalbertus Pragensis primùm in
 Boëmia, deinde Gnesnensis in Polonia Archiepisco-
 pus, eadem prædicationis Evangelicæ apud Boruffos
 laxavit retia: etsi hic, præter egregiam Martyrii pal-
 mam, vix alium ullum in Prussia Evangelii fructum
 tulit. Sub ipsum enim prope in Prussiam aditum,
 jussu *Krivve Kyrvvayro*, supremi sacrorum impiorum
 præsidis, à sacrificulis, quos *VVaidoletos* pagani appel-
 labant, haud procul Fischhausen oppido, ad ipsam
 maris Balthici littus, crudelissimè fuit interemptus:
 quo loco, Ecclesiam S. Martyrii sacram, & in ea ma-
 jorem Aram, vitâ & miraculis ejusdem depictis ho-
 dieque spectabilem, olim verò plurimis illustrem
 anathematis, quorum vix unum superesse (ferreum
 nempe Teli spiculum, quod Erhardus à Reifenstein,
 magni inter Theutonicos milites & nominis & di-
 gnitatis vir, cum ex arcu in se jactum annos quatuor-

decim intra caput esset passus, tandem liberatus, dno
 vo Adalberto, uti Patrono sospitatoriq̄ suo, argen
 teâ catenulâ appensum, unâ cum expressis in scutu
 argenteo insignibus suis, dicavit (uti Hennebergeru
 quoque (a) testatur) nos ipsi, paucos ante annos, co
 ram spectavimus. Sed & alia quoque Ædes sacri sub
 quatuor fere passuum millibus urbe Gedano distat
 eidem S. Adalberto olim dicata, et jamnum extat, Pr
 qua ejusdem Sancti corpus, à barbaris in frustra co
 cisum, iterumq̄ in sese integerrimè coalitum, pri
 quàm Boleslai Chabri, Polonorum Regis curâ cho
 studio Gnesnam deportaretur, quievit aliquand
 fertur. Pleraque, quæ Simon Grunau, inter reru
 Prussicarum scriptores facile princeps, de S. Ad
 bertio memorat, ipsi sectariorum Ministelli, ut
 vano minimè hausta, recipiunt: illud tamen, qu
 dissecti corporis partes in se coierint, atque integ
 coaluerint; corpusq̄ ipsum in se ita restitutum, æge
 croq̄ amictu decorum, lucidam nubem præce
 tem, & ad proximè memoratam ædiculam tanto
 tervallo (interjacent enim Gedanum inter ac Fil
 haustum, et jam quâ mare Balticum iter aperit, qu
 dena minimum germanica milliaria) deducen
 securum pervenerit, pro insigni fabulâ habent; in
 gniores ipsi, cum aliâs temper, tum hac in causa, exp
 bulatores; præsertim verò Misienta, qui (b) prim
 omnium, qui Prutenos ad Christum conatus
 convertere, fuisse Boleslaum, decimum quartu
 Boëmorum Ducem asserit, *misso*, ut ille scribit, in Pr
 siam S. Adalberto circa Annum Christi 988. cum tunc
 ad v

(a) pag. 19. (b) pag. a. 8.

atus, d non modò Hennebergerus, loco citato, S. Adalber-
 o, argen tum, non uti Pragensem, sed uti Gnesnensem Epi-
 nscutum scopum (proinde non à Boëmiæ Duce, sed à Rege
 bergeru Poloniæ) missum asserat; verùm & ipse Mis lenta sibi
 nos, co ex aduerso (a) fateatur, propè trecentis retrò seculis,
 es sacri sub Annum 965. saltem in certa Prussia parte, à Mie-
 diffin scone, seu Miecislao Duce Poloniæ, plantatam in
 extat; Prussia Christiana religionem fuisse. Cæterùm, quod
 alta co rum Miecislao Dux, fundatis, in Prussia, Lobavien-
 m, priu si, & Caminensi in Pomerania Episcopatibus in-
 e curâ choavit; tum S. Adalbertus, Prussorum Apostolus,
 quando Evangelicæ prædicationis tubâ promoveri conatus
 er rem est, Miecislai Ducis filius, Boleslaus Chabrus, vel po-
 S. Ad riuus, ab aspredine linguæ ita dictus, Chrobrus, victo-
 li, ut riosissimus, & supra plurimos, gloriosissimus Polo-
 n, qu norum Rex, eximie provexit. Nec enim S. Adal-
 e integ berti, quem in Borussia, divino monitu abeuntem,
 rum, ægerrimè ab se paulò antè dimiserat, armis ulturus,
 præter aliquot interjectis annis, Prutenos aggressus, victri-
 anto cia ita quaquaversum circumtulit fortunatissimè ar-
 c Fide ma, ut (quemadmodum etiam Hennebergerus (b)
 it, qui tradit) & Balgam fortitudinis Prussicæ, & Rykoiath
 cente siue Romovve, superstitionis barbarissimæ Arcem, de
 nt; in qua proximè agemus, sub Annum Domini 1014.
 aula, expugnârit. Fractis eo bello viribus, Pruteni pacem
 orimu ita impetraverunt, ut & tributum Regi Polono pen-
 atus derent; & fidem Christianam, à Rege, primo præci-
 uaruo puo que inter conditiones loco, oblatam susciperent;
 in Pr Victor que Rex columnam ferream, in Ossa fluvio,
 tate ad villam Slupy (à columna scilicet ita appellatam)
 quæ

C 3
 (a) pag. b. I. (b) pag. 466.

quâ fortitudinis, quâ religionis Christianæ, æternum collocaret Trophæum. Verùm Pruteni, & tum, & succedentibus postmodum temporibus, sub Boleslao Crivousto, aliisque Poloniæ Principibus, æque ad ingenium, atq; ad suas rediêre superstitiones; quoad tandem à Marianis Theutonici Ordinis militibus, uti diximus, domiti sunt. Quanquam & ab his domiti, intra centum non integros annos, iterum flexis, uti Simon Grunau toto tractatu octavo diffusè profequitur, à fide, divinâ juxta ac humanâ, deflexerunt: ad extremum ramen CHRISTO, & Magnæ Dæmonii Matri, quæ per suos milites, barbarissimam è Prusis superstitionem profligavit, victas omnino dederunt manus. Quis enim ambigat, Deiparam, quam Ferdinandus II. gloriosissimus Imperator, Exercituum suorum omnium Imperatricem delegerat, & *Genialisissimam suam* appellitare solebat, jam olim suo Ordini fuisse Imperatricem, atque Belli-ducem? Vel ipsi Barbari, & quidem oculis quoque suis, id experiri se potuerunt, uti quidem sub secundæ defectionis tempora Anno circiter M. CCLVII. experti sunt. Theodoricus Christburgensis Præfectus (quod ipse Hennebergerus Prædicans fatetur pag. 45.) non amplius, quàm centum viris, quâ ex suo Ordine, quæ è peregrinis mercenariisvè secum assumptis, Paganorum fines in Hockerlandia, cujus nunc caput Elbinga est, latè vastârat, & ubere cum præda regressus, grandem paganorum exercitum incurrit. Cùm nunc ad evadendum pateret via, animosissimè in hostes invecus, simul in consternationem, simul in fugam omnes vertit. Cæsis plurimis, captivi ingenue

non tam se ab exercitu, quàm à cælesti Bellatrice profectos. Sub ipsum enim prælii exordium, vilam ab se indy tam formâ Virginem, quæ Ordinis & Christianorum vexillum in aëre explicuisset, & se ita consternasset, ut non nisi fugâ elabi sibi posse viderentur. Quo ego tempore censuerim Christianam Religionem, uti & LINDÆ MARIANÆ facellum efflorescere in Prussia cæpisse; ut id ipsum, non minus, quàm sint, vel fuerint ferreæ Boleslai Regis columnæ, videatur divinæ in Prussia constitutum relictumque victoriæ Trophæum; de quo jam uberiùs erit agendum.

C A P U T VIII.

Linda Mariana, devicta in Prussia Idololatriæ, quoddam quasi Trophæum divinitus constitutum.

DEcuit profectò, frondentem ac semper floridam, uti paulò post videbimus, DEIPARÆ Lindenfis Tiliam, divinæ per Marianos milites & ipsam MARIAM, de tam immani Idololatriæ, victoriæ esse monumentum; non minùs quàm vel Olea, vel Quercus, vel Palma fuit; & adhuc solet esse seculi hujus victoribus. Quid si verò, Mariana hæc Tilia (à qua Germanis Linda Mariana sumpsit nomen) portentosis illis Quercubus, quæ impiæ superstitionis & Idololatriæ apud Prutenos sedes erant, divinitus ex adverso posita atq; constituta fuit; ut sicut illæ, tametsi monstrosæ essent magnitudinis, cum impiïssimis tamen ac vanissimis gentium illarum superstitionibus prolapsæ tandem corruerunt; ita hæc, non minùs quàm ipsa Religio Catholica, si non in se (invidit

enim tilia Marianæ gloriam istam, sectariorum, & ipsius, qui sectarios agitabat, Satanae furor) certè in Linda Mariana æternum vireat ac frondeat? Sex erant Prutenorum gentilium, quæ præcipuè colebantur, idola; *Potollo, Perkunus, Potrimpus, VVurschkaitus, Svvaybratus, & Gurko*; omnium autem eorum culus & superstitio, ad Quercus quasi religata & fixa erat. Eas verò inter Quercus, duæ potissimum in Provincia Natangia, quâ magnitudine, quâ vetustate cæterisque portentis eminebant. Altera earum, eo prorsum loco sita erat, ubi nunc *Heyligenbeil* oppidum est; olim quidem à profano barbarorum cultu & idolomania, quæ ad dictam quercum viguit, *Svvantomest*, sive Hieropolis, aut sacra civitas dicta; postmodum verò à Securi, quâ tandem quercus excisa fuit, *Heyligenbeil* Germanis appellata. Colebatur in ea quercu Idolum *Gorko*, sive *Curcho*, à Masoviis uti Grunau aliisque memorant, ad Prutenos translatum; quod, quemadmodum cibus, obsoniis, generisque omnis esculentis ac poculentis credebatur præesse; ita frugum quarumvis, uti & mellis, & farinae primitiis, alicubi verò in Hockerlandia seu Pogesavia Provincia, etiam piscibus primo loco captis, & super immane saxum, quod in sinu Balthico inter undas eminet, crematis honorabatur. Ante omnia verò igne perpetuo, è quercus lignis accenso, numinis profani cultus ac veneratio constabat. Quæ, cum *Anselmus*, primus Episcopus Varmiensis (qui quatuor duntaxat inde passuum millibus, Pontificiam sedem Brunsbergæ fixerat) haud ignoraret; ut paganos, ab impio cultu, ad Christum & Christiana sacra perduceret, cum

pleris.

plerisque suorum eò profectus, tantum apud Idoli illius cultores perfecit concionando, ut quercum & magnitudine, & perenni frondium foliorumque virore insignem, cui Idolum *Gorcka* insistebat, facile à Christianis, si qui tantum auderent, paterentur excindi. Ad Episcopi imperium quidam & manum & securim quercui extemplo admover: sed (quod etiam Hieronymo Pragensi, sub Vitoldo Principe, Lituaniæ Christum annuntianti, lucosque idolorum excindenti, postmodum evenisse *Aeneas Silvius* in corpore rerum Polonicarum (a) memorat) bipennis quercui admota, atque impacta, resilit, & Christianum, qui impegerat, exultantibus triumphantibusque barbaris, non leviter vulnerat. At Episcopo sancto, neque fides, neque in præsentem DEI & Ecclesiæ causa, animus deesse potuit. Ipse quocirca, securi arreptâ, quercum adoritur; brevissimoque temporis intervallo, suis suorumque manibus succisam, igne, quem Christiani præsentem admorant, unâ cum idolo demolitus est. Pagani, eo miraculo attoniti simul ac commoti, & ipsi Christo nomina dederunt, & locum à sacra illa securi appellandum deinceps statuerunt. Jam verò altera Quercus, quæ potior ac multo celebrior impuræ superstitionis erat sedes, in eadem provincia *Natangia*, loco *Romovve*, sive *Rikajoth*, sive, à primario principeque idolo nomen sortito, *Potollo*, octo circiter leucis à priore distita erat: sed & hanc, non longo postmodum intervallo temporis, *Joannes à Misnia*, *Varmiensis* itidem Episcopus, demolitus est; ut vel ab ipsis hisce Episcopis, Idololatriam

(a) Tomo 1. pag. 30

Prutenorum in securi & ascia, ut verbis Regii Prophetæ (a) utar, dejicientibus, ipsa Varmia Provincia, Alcia vel Securis figuram, in ipsâ geographicâ Prussia tabulâ, exhibere contemplantibus videatur: nisi fortè quis malit Samsonis, aut potiùsejus, cui Samson proludebat, contudentem Philisthæos Mandibulam in eadem contemplari. Majorum duntaxat gentium idola, Potollo, Perkunus, & Potrimpus, in ea sibi quercu locum vendicabant; reliqui enim tres Deistri, uti minorum gentium erant, ita Quercus ac sedes minùs nobiles occupabant: præterrim *VVurschkaitus* & *Svaybratus*; quorum alter *VVidevutus* olim Prutenorum Rex, alter frater illius erat *Brudenus*, vel potiùs *Prutenus*; uterq; se in decrepita jam ætate, pro suorum omnium salute devovit; &, ut Deorum commercio jam fruituri, quemadmodum promittebant, suorum facilius maturiusque promoverent salutem, ultro se in pyram, è siccis lignis quernis accensam, jactantes, vivi absorpti, Deorum instar postmodum habiticultique sunt. Ut autem, quæ de Idolis ipsis, præsertim verò de dictis Idolorum principibus memorantur, horrenda propè sunt; ita quæ de Quercu illa referuntur, & rara admodum, & mira. Si enim magnitudinem spectes, diameter ad sex omnino cubitos, sive geometricos pedes duodenos protendebatur; ut proinde ambitus ipse arboris (quem peripheriam geometræ vocant) ad cubitos octodenos seu pedes triginta sex necessariò protenderetur. Haud ignoro vastiorem etiam fuisse quercum, quæ ante quinquaginta circiter annos corruit, juxta oppidum *Wela* in pago *Oppen* dicto; quæ (ut (b) *Hennebergerus* non suo duntaxat, sed etiam *Welayiensis Magister*

(a) Psalm. 73. 6. (b) pag. 472.

rius testimonio probat) non octodecim, sed viginti septem cubitos sive pedes quinquaginta quatuor, quoad ambitum complexa fuerit; ita, ut in ejus cavo (cavam enim intrò vetustas ipla reddiderat) eques, quantumvis magno insidens equo, circumagere se in gyrum posset; quod & Albertus primus Prussiae Dux, & filius ejus itidem Albertus fecerunt; sed, si quid mole suâ magnitudineq; cæteris, quercus *Rikjotbana*, certè nihil omnino aut specie, aut cultu, quo apud infideles eximia erat, ulli concedebat. Rami quippe, foliis ac frondibus, hieme juxta ac æstate (Dæmonum utique operâ atque industriâ interveniente) semper virentibus, mutuum inter se nexi, ut ne pluvia quidem perstillare ac pervadere usquam posset, triplici in altum nodo ac vertice, sive potiùs cono, in sublime ita tuburcinabantur; ut una in quercu, tergemino Idolo, tergemina sedes, admodum commode distincta esset. Primum in ea quercu locum tenebat *Potollo*, sive (ut alii veriùs, ipso Dæmonis nomine, Dæmonis artes putant expressas) *Pokollo*, seu *Pikollo*; cui promissa & cana barba, caput fasciâ candidâ, ad instar diadematis, redimitum; facie, quæ & hominem, & equum, & simul bovem referebat, pallidâ ac sursum prospectante. Tam monstruoso capiti, mortuorum hominum ac jumentorum capitibus, sacra fiebant, adjecto festis diebus sebo, sive adipe ollis ingestis. Si quis, maximè ex opulentioribus, sacra neglexisset, spectris nocturnis iterum atque iterum exagitatus est: quod si tertium spectra fuissent repetita, sanguine humano placari Dæmonium oportuit. Simuligitur atque flaminum sive *VVaidoletorum* quispiam, placandi illius causâ, sanguinem è suo sibi

corpo.

corpore elicuit, Idolum, editâ sat validâ admurmuratione, reconciliatum se indicabat. Alterum locum tenebat in eadem quercu *Perkynus*, fulminis (ut ipsum nomen, et jam Lituanis usitatum, indicat) tempestatumque ætherearum Deus habitus, igneam prorsus, & ira ardentem faciem præferibat, uti & caput flammis coronatum, & crispam innodemque nigri coloris barbam; cui perenni, & quidem è quernis, admodumque aridis lignis, accenso igne sacrificabatur. Quod si porro ignis aliquando fuisset extinctus, sacrificulus, cujus id oscitantiâ accidisset, capite facinus illud luebat. Tertium *Potrimpus* imberbi ac lætantium ridentiumque in morem liberaliter exporrectâ facie, referebat juvenem, caput viridante è spicis coronâ præcinctum. Ridebat enim *Perkuni*, torvum in se tuentis, sive immanitatem, sive vanam sine viribus iram. Et tamen huic quoque, ita scilicet miti ac mansueto numini, tum serpente, intra vas fictile, manipulis frumenti semper adopertum, lacte à sacrificulis nutrito; tum cerâ & thure accenso; tum denique effuso innocentum sanguine infantium, sacra fieri necesse fuit. Idolis eum in morem Quercum insidentibus, quercus ipsa, æstate juxta ac hieme (quod vel hominum falcino, vel Dæmonum ope fieri creditum) semper virens ac viridis, velis ac sipariis, septem cubitos in altum elatis, obtegebatur; *Archiflamine* (quem ipsi *Kirvvaito*, quasi Divûm mentem, alii verò *Krivve*, denique alii, utroque nomine junctim *Krivve Kirvvaito* appellabant) & cæteris sacrificulis seu *Weidolatis*, è propinquo habitantibus; cæteris procul exesse jussis, tanquam profanis mortalibus;

bus; nec, nisi sublatis aut paulùm remotis velis, cùm
lacta fierent, intropicere quandoque permissis.

Quercum istam, plus quàm Dodonæam, tum Bo-
leslaus Chobrus Poloniæ Rex, uti innuimus; tum
quidam è Masovia Christiani, uti (a) Henneberge-
rus testatur, magis excussisse videntur, quàm evertis-
se. Evertit verò, uti jam diximus, Joannes Varmien-
sis Episcopus, hujus nominis primus: qui cùm Anno
Domini M.CCC.LV. obierit, minimè dubitem, jam
sub idiplum tempus, quo ferales illæ falsorum numi-
num Quercus subruebantur, LINDAM MARIANAM,
quæ everta in Prussia Idololatriæ, Trophæum, atque
monumentum deinceps perenne esset, viguisse ac
floruisse. Neque enim minus, ad evertendam in Prus-
sia Idolomaniam crediderim valuisse Tiliam Maria-
nam, quàm ad edomandam ejusdem gentis barba-
riam ac ferociam, valuit illa in Prussia itidem Quer-
cus, de qua Æneas Silvius (b) ita scribit: *Fratres Theu-
tones, quos S. MARIÆ diximus appellari, sumptis armis,
brevis tempore, quidquid Prutenici juris circa Vistulam fuit,
occupavere. Exin tranato fluvio, vetustam & latè patu-
lam Quercum, in castelli modum erectis propugnaculis,
iuxta ripam munierunt. Ibi collocato presidio, ultiores
Prutenos vexare ceperunt. Pugnatum est sæpe pro Quercu,
& ingentes paganorum copis fugata, ac deleta sunt. Bel-
lum pluribus annis productum est; ad extremum fortuna,
Fratrium imperio arridens, omnem Prusiam eis subiecit.
Victa barbara natione iugum subière. Non secus ad Ti-
liam Marianam non jam ferro, sed cælestibus armis,
contra Idololatriam dimicatum; quoad tandem*

Prus-

(a) pag. 466. (b) Tomo I. corp. hist. Polon. pag. 8.

Prussia Christi jugum subiit, & DEIPARÆ VICTRICI, ab Ecclesia Catholica acclamarum est: *Gaude MARIA Virgo! cunctas haereses sola interemisti, in universo mundo. Cui quidem Epinicio, cum S. Cyrillo Alexandrino hom. cont. Nestorium, ego libens volensque accino. Sit etiam Tibi, sancta DEI Mater, laus. Per Te Trinitas sanctificatur. Per Te, Crux preciosa celebratur, & adoratur, in toto orbe terrarum. Per Te omnis creatura Idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem veritatis; atque in toto orbe terrarum constructa sunt Ecclesia. Te adiutrice Gentes, veniunt ad penitentiam. Quid plura? per Te unigenitus DEI Filius, vera illa lux, effulsit sedentibus in tenebris & umbra mortis. Quemadmodum igitur, cum sub Joanne Zemisce, tum sub Joanne Comneno, Constantinopolitanis Imperatoribus, in imagine suâ, curru triumphali imposita (uti Zonaras tomo 3. & Nicetas Choniates memorant) Deipara Virgo de victis prostratisque gentibus barbaris, triumphum egit: ita postmodum in sua itidem imagine, de qua paulò post agemus, apud suam Tiliam Marianam jam olim triumphavit, & nunc, quamvis pessundatâ per sectarios imagine, triumphat: ut hæc quoque suo jure dici possit *Nicopæa*, quemadmodum & illa, quâ dicti Orientis Imperatores sunt usi. De qua præstat ea, quæ ex Carolo Quirino in Atlantis Mariani Idea, pag. 102. scribuntur, audire. *Nicopæa Imago, id est, victoriosa, quæ Venetiis in Ducali Templo servatur, ea est, per quam Iustinianus Vandalos, Iustinus Persas, Zemisces Bulgaros, Comnenu Scythas, Narses omnes hostes domuit. Nec Zemisces & Comnenu aliter triumpharunt, quàm quòd Imaginem hanc Curru triumphali gloriosè impositam, ipsi præterint; equo Zemisces, Comnenu pedes.**

CAPUT

CAPUT IX.

Ad providentiæ divinæ rationes quodammodo pertinebat, de prostrata veterum Prutenorum Idololatria, quasi Trophæum super Tiliam Marianam statui.

Fuit is, & est Sapientiæ ac Providentiæ divinæ mos, & quidam quasi genius aut indoles; ut ruinis ipsis sarciat ac restauret universa: & non tam nova condere, quàm, aut vetera ad meliorem revocare formam, aut novis quasi coloribus illustrare videatur. Ob eam causam (labet enim S. Gregorium Nazianz. de hoc argumento (a) differentem audire) Veteri Novam substitutum est; ac pro unaquaque rerum nostrarum, unaquæq; res eius, qui nobis sublimior est, repensa: novumq; mysterium factum est illa, quæ per benignitatem contigit circa eum, qui per inobedientiam cecidit, dispensatio. Idcirco generatio & Virgo; idcirco præsepium & Bethleem. Generatio propter effictionem; Virgo, propter mulierem; Bethleem propter Eden; præsepium propter Paradisum. Sicut igitur hominem, qui non erat, condidit Deus; ita hominem, qui per peccatum miserimè perierat, restauravit Homo-Deus: & sicut homo per fructum Arboris ceciderat; ita per fructum Arboris, cum cecidisset, fortunatissimè erectus restitutusque est. Qua de re, lacrum præana, non sine gaudio, universa Ecclesia ita modulatur; (b)

*De parentis protoplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
In necem morsu rixit
Ipse lignum tunc notavit,*

(a) orat. I., (b) in Hymno de Passione.

Damno

Damna ligni ut solveret
 Hoc opus nostræ salutis
 Ordo depoposcerat;
 Multiformis proditoris
 Ars ut artem falleret;
 Et medelam ferret inde
 Hostis, unde laferat.

Jam abunde spectavimus, quantopere veteres
 Prussiarum incolas, vetus ille ab Orco proditor, per ligna
 & arbores dementârit; qui omnem vanissimorum
 idolorum cultum in arboribus fundârat; addecebat
 proinde sapientiam ac providentiam divinam ut ve-
 ram religionem, & cultum sibi debitum, per Arbo-
 rem in Prussia erigeret: & de Idololatricis Prussiarum
 quercubus, super tiliam, in Prussia itidem sitam, tri-
 umpharet. Unde hic quoque locum habeat, quod de
 Triumpho per lignum sanctę Crucis peracto, eadem
 Christi Ecclesia sibi gratulatur, & divino numini
 gratias agit (*) quod, salutem humani generis in ligno
 Crucis constituerit; ut, unde mors oriebatur, inde vitare-
 surgeret; & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vincere-
 tur. Oriebatur profectò in Prussia, è ligno mors;
 quando omnis veterum Prussorum Idololatria (quæ
 quidem nulla præsentior esse potest humano generi
 mors) in arboribus sita, majores ac firmiores in ani-
 mis mortalium, quàm illæ ipsæ arbores in terra, uti
 spectavimus, radices egerat; addecebat proinde, ut
 per Arborem quoque vita resurgeret; & depressa
 idolorum superstitione, orthodoxa per Tiliam Ma-
 rianam religio atque pietas, firmissimas in animis
 eorum

(*) in Prefat. de Cruce.

eorundem mortalium radices ageret. Quoniam verò mors, per arbores oriebatur, idcirco per easdem arbores, idem ille proditor, in ligno vincebat; & insolentissimos, super illas Quercus, non tam de DEO, quàm de miseris mortalibus, triumphos agitabat; par omnino videbatur, ut etiam in ligno vinceretur; & per Tiliam Marianam, tam de Idololatria, quàm de Idololatriæ ita fædæ authore, Trophæa statuerentur. Non desunt (uti Hennebergerus (a) testis est) qui Prussiam, cum Palæstina seu Terra sancta, comparari posse censuerint; tum ex eo, quòd, uti Palæstina in duodecim tribus, juxta numerum filiorum Israël, ita Prussia, juxta numerum totidem filiorum Wideduti Regis in duodecim provincias divisa sit; tum multò etiam magis ex eo, quòd, uti Palæstina, ita etiam Prussia, ob mellis, butyri, & lactis, omniumque frumentorum ac rerum copiam atque ubertatem, *Terra melle, & lacte fluens*, ad mentem vel phrasin S. Scripturæ, dici potuerit; uti quidem olim eadem de causa Germanis, regio adipis seu abdominis, vulgo *Schmârgrub* dicta fuit: fortasse etiam non deerunt, qui vel ob fluminum, fontium, & lacuum copiam tantam, quantam alibi vix inveniant (ita ut lacus, quorum minimus quatuor mansos, sive millia jugerum sedecim amplitudine suâ complectatur) bis mille/triginta septem numerentur) cum Pentapoli (quæ, ut sacræ literæ (b) memorant, *universa irrigabatur, priusquam subverteret Dominus Sodomam & Gomorram, sicut Paradisus Domini*) conferri posse censeant: ego, si qua cum Paradiso, etiam terrestri, institui com-

D

para-

(a) in libro de veteribus Prutenis. (b) Gen. 13.10.

paratio potest, non aliò, quàm ad Lindam Marianam respexerim, quæ quasi *Lignum vite*, in medio, ut videtur, Paradisi istius posita, ad totius provinciarum, quin & aliarum quoque gentium salutem, uberri-
 mos, tot jam seculis, fructus profert. Quod enim de ipsa Deipara Virgine Concilium Ephesinum (a) dixit, dici etiam de Linda Mariana quadantenus potest. *Maria in unum nos coëgit. Hæc impollutus, & purus ille impolluta Virginitatis Thesaurus, decusq; & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami Paradisus.* Et quantos, quæso, cuneos mortalium in unum apud Lindam suam tories cogit? & cui non aut impollutum Virginitatis thesaurum, aut spiritalem secundi Adami Paradisum aperit? ut proinde illud quoque Damasceni (b) locum hîc habeat; *Hodierno die Eden, spiritalem novi Adami Paradisum, suscepit; in quo condemnatio abrogata; in quo Lignum vite constitum, in quo nuditas nostra contacta est: Quin & illud Ecclesiæ Græcæ in Menæis 3. Januarii. Tu, ô undique immaculata, tanquam lignum vite, Christum germinasti, qui omnibus ad vitam aperuit aditum (c) Denique & illud Canticorum (d) *Emissiones tue paradisus.* De quo quidem Emissionum Paradiso Rupertum intra (e) audiemus Philosophantem.*

CAPUT

(a) cap. 7. (b) Orat. 2. de Dormitione B. V. (c) *ὅτι γὰρ πανάμωμε, ὡς ζωῆς τὸ ξύλον, Χριστὸν ἐξήγαγας, τοῖς ἅπασιν τὰς εἰσόδους τῆς ζωῆς πᾶσι γνωρίσθησα.* (d) cap. 4. 13. *corre*
 (e) lib. 1. cap. 26. *sub finem.*

CAPUT X.

Ad eandem providentiæ divinæ rationes videtur pertinuisse, ut Ecclesia Christi in Prussia recens plantata, per Deiparam, & sacram ipsi Lindam fovetur ac propagaretur.

POSTEAQUAM Christus Dominus, Ecclesiam per se, discipulosque suos in terris plantatam, deserere, & decurso peregrinationis suæ stadio, cælis sese redere, ad dexteram Patris æterni confessurus, necesse quodammodo habuit; mirum videri poterat, quid ita Deiparam Matrem suam, in eodem peregrinationis terrenæ stadio reliquerit! longè enim verò dignissima, & jam olim merita illa erat, ut illos à morte resurgentium, Matth. 27. 53. & triumphali pompâ simul cum Christo ascendendum cuneos, Psalm 67. 19. non comitaretur modò, verùm & longissimo anteverteret intervallo. Verùm eæ tum caritatis, tum providentiæ divinæ erant rationes, ut Filio recens plantatam in terris Ecclesiam deserente, Mater necdum desereret; quin imò vicariam quodatenus operam navando, teneras, & vixdum fixas humi plantas, solidaret. Apostoli (inquit ad veterum Patrum mentem in Historia Deiparæ Christophorus de Castro cap. 18.) *Feliciter secum actum existimabant, omnes, quòd Jesu ad dexteram Patris confidente, Mater eius in terris superstes remaneret; cuius precibus germinans promoveretur Ecclesia, consiliis juvaretur, ac denique documentis erudiretur.* Et S. Brigitta in sermone Angelico cap. 19. *Ascendente Filio ad suum Regnum, Virgo MARIA in hoc mundo ad bonorum consolationem & errantium correctionem, remanere permessa est. Erat enim Magistra Apostolorum, confortatrix Martyrum, Doctrix Confesso-*

rum, clarissimum speculum Virginum, consolatrix Viduarum, in coniugio viventium saluberrima monitrix, atque omnium in fide Catholica perfectissima roboratrix. Apostolis namque ad se venientibus, omnia, quae de suo Filio perfecte non noverant, revelabat, & rationabiliter declarabat. Et longè antè Euleb Emissenus, vel alius sub hoc nomine, lerm. 2. Omnia verba haec in corde suo ideo conferebat, nobisq; conservabat, & memoria mandabat, ut postea ipsa docente, ipsa narrante, & nuntiante scriberentur, & in universo mundo predicarentur, cunctisq; nationibus nuntiarentur. Ab ipsa haec Apostoli audierunt, & ipsa dictante scripserunt, nobisq; legenda mandaverunt. Nam uti S. Ernestus primus Pragensium Archiep. cap. 14. sui Marialis scribit, Mariae omnium Sanctorum humillima, multò meliori modo quàm Paulo, data est gratia, & angelizare investigabiles divitias gratiae Christi; & illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi saeculi in DEO: ut innotescat Principibus & Potestatibus in caelestibus, per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Denique non desunt è lectariis, qui eam Deiparae laudem haud negent. In Chronico Carionis, per Melancthonem & Peucerum aucto, ad XLIII. Christi Annum, cum de morte Deiparae memorant: Fuit, inquit, & vidit initia Ecclesia eius temporis, multa ingenita miracula & supplicia Sanctorum; & consiliis suis rexit apostolos. Sed & ipsi Apostoli ceterique Discipuli omnes, eam Deiparae, ex huius vitae statione decedenti, unâ voce laudem tribuerunt, si quidem fides Ecclesiae Graecae tribuenda est; & quidni, nisi ab improbis & perfidis, tribuatur? Sic enim in Mem

(a) ipse

(a) ipsam Deiparam alloquuntur. Aderant inter Discipulos, Dionysius Areopagita, Hierotheus quoque ac Timotheus, uti Antistites intelligentiâ rerum divinarum illustres. Hi omnes Virginem ad hunc modum allocuti sunt. Te, ô Domina, in hoc mundo degentem, non secus, atque ipsum Dominum & Magistrum nostrum, intuentes, solatio & gaudio effuebamus. Quod si patrocinium DEIPARÆ, tantopere fuit utile, ut necessarium videri posset universæ Christi Ecclesiæ, quid ni & recens in Prussia fundata? præsertim, cum DEIPARÆ ope, per Marianos Theutonici Ordinis Milites potissimum esset plantata? Ergo, cum aliis pluribus in Prussia locis, tum verò apud Lindam Marianam, quasi quoddam gratiarum Tribunal Deipara fixit; quò omnibus latè pateret aditus; & tantum inde quisque caperet beneficiorum, quantum ad sua, vel potius DEIPARÆ que vota laxasset animorum sinum. Si enim perinde prompti parati que ad capiendum essent animorum nostrorum sinus, atque effusæ sunt ad largiendum benignissimi in nos Numinis manus, nusquam tot modis ac viis, quibus DEI in nos beneficia redundant, esset opus. Verum enim verò, ut ii, quibus palatum, vitio aliquo obbruit, variis ad excitandam orexin condimentis cupediis que opus habent; ita nobis ad accendenda rerum divinarum vota, laxandos que ad beneficia sinus, opus est aliquo bonorum irritamento. S. Salvianus lib. 2. ad Eccles. Cathol. *Extendit Deus super spes nostras, munera sua; & quod est maximum ac rarissimum, dona illius etiam tua vota*

D 3

ta vi-

(a) σὲ, θεοποινα, μένσσαν ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς αὐτὸν τὸν θεὸν τὴν ἡμῶν καὶ διδασκαλὸν βλέποντες προσημύμεθα.

ta vicerunt. Et Basilii Seleuciae orat. 2. Parturiens beneficentia sua munera & habere clausum penes se thesaurum impotens, non est contentus prioribus, neque rebus antè dilargitis sua dona circumscribit. Quod cum per se facere posset, plerumque per Sanctos, ac potissimum per B. V. facit, juxta illud Cant. 5. *Manus eius tornaciles*, sive, ut alii legunt: *Manus eius sphaera caelestes*: quia per caelites, non secus ac per sphaeras caelestes donorum suorum influxus effundit, maxime per B. V. quia, ut S. Anastasius Synaita lib. 3. Hexam. ait, *versatus est Christus cum proprio orbe, nempe cum MARIA*. Placuit igitur supremo Numini ad orexin rerum divinarum in mortalibus identidem excitandam, loca certa beneficiis divinis illustria, eorundem oculis objicere; ut eorum locorum, beneficiorumque in iis divinitus concessorum, fulgor, primum quidem oculorum, tum verò intimam animorum perstringeret aciem mortalesque cognoscerent, quò, & ad averruncandos corporis animique morbos, & ad postulanda cumulatissimeque haurienda, Divinae liberalitatis beneficia sese reciperent. Quo autem consilio, vel potius, quâ causa, hoc aliove potius loco istos liberalitatis beneficentiaeque suae aperiat fontes, quis vel divinando edisserat? *Ubique quidem Deus est*, inquit, more suo gravissimè sapientissimeque D. Augustinus (a) & nullo continetur, vel includitur loco; verumtamen ad ista, qua hominibus visibilibus nota sunt, quis potest consilium eius perscrutari, quare in aliis locis haec miracula fiant, in aliis locis non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi B. Felicis Nolensis corpus conditum est; qui

(a) Epist. 137.

voluit, ut pergerent, quia inde vobis facilius fideliusq; scri-
 bi potest, quidquid in aliquo eorum fuerit divinitus propa-
 larum. Nam & nos novimus Mediolani, apud memoriam
 Sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter Damones con-
 fitentur, furem quendam, qui ad eum locum venerat, ut
 falsum iurando deciperet, compulsus fuisse confiteri fur-
 tum, & quod abstulerat, reddere. Nunquid non & Africa
 sanctorum Martyrum corporibus plena est? Et tamen nus-
 quam hic scimus talia fieri. Sicut enim, quod Apostolus di-
 cit, non omnes Sancti habent dona curationum, nec om-
 nes habent dyudicationem spirituum; ita nec in omnibus
 Memoriis Sanctorum ista fieri voluit, qui dividit propria
 unicuiq; prout vult. Sicut igitur in confesso est, nulli
 aut loco aut rei creatæ divinam obstringi sive po-
 tentiam, sive beneficentiam (neque tamen prohibe-
 ri, quo minus certis sive sanctis cælitibusque suis, sive
 etiam locis ab se delectis, certas quasi addicat bene-
 faciendi opitulandique facultates) ita pariter, hoc
 etiam (uti Cottonus (a) inquit) concedi oportet, ibi esse
 DEI beneficia & caelestia dona quærenda, ubi illa benignè
 ostentat; & ubi magnificentius, sua fontes humanitatis &
 liberalitatis aperit: idque sine ullo metu erroris atque
 fraudis; cum ea loca, aut calites honorantur, quos ipse
 Deus suis muneribus & favore insigniter cohone-
 stat.

D 4

CAPUT

(a) lib. 1. instit. cap. 24.

CAPUT XI.

Deipara Virgo, eodem fere tempore, Catholicam religionem, ex Oriente, tum in alias Occidentis Provincias, tum in Prussiam quoque translata, per suam Lindam Marianam, aliq̄. sibi sacra loca fovet, ac singulariter provehit.

Solenne omni ævo fuit, & est, supremo Numini illud Ecclesiastici (a) plus quàm politicum axioma: Regnum à gente in gentem transfert, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diversos dolos. Spectari hoc potuit, tum in tot, & tantis seculi hujus regnis; tum in ipsa quoque, quæ DEI regnum est, Ecclesia. Quoties hoc Regnum, vel intra novi fæderis ætates translatum? Quoties illud Matthæi (b) non tam verbo, quàm ipsâ re ingeminatum: *Auferetur à vobis Regnū DEI, & dabitur genti, facienti fructus ejus?* Quoties, ut disertissimi, inter Judæos, Philonis utar verbis: *Verbum DEI chorus duxit, & adhuc ducit?* Ecce iste venit (decer enim translatos hosce, ab extremis Orientis finibus, in Prussiam usq; chorus, in divino Salomonis dramate (c) quasi ob oculos nobis positos admirari). Ecce, inquã, *iste venit, saliens in Montibus, transfiliens Colles!* venit profectò, *saliens in montibus*, quando per tot, ac tantas Orientis Ecclesias, Montium instar, supra fundamentum Apostolorum, Orientaliumque Doctorum ac Parrum, in sublime erectas, per tot secula triumphabat: venit postmodum *transfiliens Colles*, quando plerasque earundem Ecclesiam (quæ per hæreses & schismata, nusquam uberius, quàm in Oriente semper provenientia, è Montibus in Colles

(a) cap. 10. (b) cap. 21. 42. (c) Cant. 2. 6.

detumuerunt) *transiit*; & Regnum DEI, inde ablatum, dedit genti facienti *fractus eius*. Factum id, tum anterioribus ex parte temporibus; tum verò maximè duodecimo *Æræ Christianæ* seculo, quando ob *pervicacissimum Photii*, aliorumque *Græcorum*, jam quaterdecies ab inito cum Ecclesia Romana consensu concordiaque resiliendum, *scdissima schismata*, sive ob *innexas inclusasque schismati iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diversos dolos*, tum contra omnes *Latinæ Ecclesiæ Ordines*, tum, vel maximè, contra *Pontificem Romanum*, vanissimè confutos, *Orthodoxa in Oriente Ecclesia*, per succrescens imperium *Sarracenorum*, aut penitus extincta est, aut extinctæ similis videri potuit. Tamen enim variis, cum cæterorum barbarorum, tum eorundem *Sarracenorum* cladibus, *Ecclesia Imperiumque Orientis*, fuit anterioribus temporibus attritum, utcunque tamen aliquandiu stetit; præsertim *Regum ac Principum Occidentis* suffultum armis, & *Gothofredi Lotharingi* aliorumque *Jerosolymæ Regum* (qui sub *M. xx. Christi Annum*, *Jerosolyma, Palæstinamque* recèpere, uti testis oculatus *Gulielmus Tyri Archiepiscopus* (a) memorat) viribus ac virtute firmatum. At ubi etiam tum, *iniustitia, & iniuria, & contumelia, & diversi doli*, exundârunt; & secundùm cæteras *Christianorum arces*, ultima quoque *Ptolemais*, vulgo *Acon* (quæ postremum *Christianis* receptum apud *Phænicem* dederat) per deditioem in manus barbarorum venit, translatum est de gente *Orientis*, ad extremam propè *Occidentis* in *Prussia* gentem, **DEI**

D 5

Re-

(a) lib. 3.

Regnum. Mariani enim Milites Ordinis Theutonici, qui & toto illo Belli sacri tempore, maximum rei Christianæ momentum attulerant, & postremi deinceps Ptolemaida fortissimè defenderant, occupatâ tandem à barbaris urbe, primùm Venetias, deinde in Germaniam, aliasque Europæ Provincias & Regna ac denique in Prussiam, uti memoravimus, transgressi, Religionem, & Ecclesiam Christianam secum in Prussiam traduxerunt. Quoniam verò iisdem temporibus, præter institutos, à S. Dominico, & S. Francisco, aliisque quibusdam, Regularium Ordines (qui Ecclesiam occidentalem totumque ad eò orbem, uti vel unicus S. Dominicus in catello facem præferente per visionem divinam præfiguratus docuit, illustrârunt) ad fundandas vel stabiliendas in Occidente Ecclesias, pluribus locis sacra Deiparæ loca atque Ædes, coruscare miraculis ac beneficiis divinis cæperunt; ne quid ea ex parte, plantatæ apud Prutenos Ecclesiæ deesset, abunde succursum est per Lindam Marianam; è qua, cum Deiparæ Virginis cultu ac veneratione, Religio Christiana, miraculis inclarescere, proindeque & per universam Prussiam latissimè diffundi cæpit. *Miracula enim sunt introitus ad fidem, uti præclare (a) asseruit D. Augustinus: qui etiam (b) contra Epist. Manich. non dubitavit scribere, Catholica Ecclesia auctoritatem Miraculis esse inchoatam, vetustate fundatam: & alibi (c) palàm ait, Culmen auctoritatis obtinuisse Ecclesiam Catholicam; Hereticis Miraculorum maiestate damnatis.* Et lanè, par
omni-

(a) lib. 9. Confess. (b) cap. 4. (c) lib. de utilit. credendi cap. 17.

omnino videbatur, ut novellæ apud Prutenos Ecclesiæ, vixdum fixæ radices; illo Miraculorum beneficiorumque divinorum imbre rigarentur; cum is eo ipso tempore, Ecclesiis per Italiam, Hispaniam, aliasque orbis Christiani Provincias, uberrimè afflueret. Sub illud enim tempus, Anno circiter M. CXC. (ut ex Illyricis Annalibus Turfelinus (a) memorat, Domus Lauretana, haud dubio Angelorum ministerio, inde usque à Galilæa, mirum dictu audituque! per ingentes terrarum marisque tractus (quippe id spacium patet amplius vicies centena passuum millia) in Dalmatiam primùm, paulò verò post in Italia aliquot subinde locis confedit, quoad demum Laureti apud Picenos, summo Ecclesiæ Occidentalis, totiusque Europæ bono, stabilem fixit sedem. Subidem quoque tempus (quo natalis B. Virginis domus Italiam) Belgium Ædes Divæ Hallensis sacra, Christianam rem, miraculis juxta ac beneficiis ornate incepit. Nam cum S. Elisabeth Andree Regis Hungariæ (qui Anno M. C. C. II. Lipsio teste (c) vixit) filia, filia itidem suæ Sophiæ è Ludouico Hassiæ Landgravio susceptæ, Henricoque Brabantia Ducis deinceps nuptæ, inter alia maternæ pietatis munera, statuas aliquot Virginis Deiparæ reliquisset; Sophiæ Machtildem mariti sui sororem, Machtildis verò, sub Annum M. C. C. L. V. II. unâ earum statuarum Hallense Templum apud Hannonios; statuâ verò illâ, aut potiùs per statuam, magna Dei parens, non modo Hannonios, Belgiumque universum, verùm & reliquas Europæ Provincias, plurimis maximisque be-

nefi-

(a) *Hist. Laur. lib. I. cap. 2.* (b) *cap. 2.*

beneficiis donavit, & ad hanc usque diem cumulatè ex eo tempore donat. Quanquam enim ante Annum Domini M. CCCC. pauca literis consignata queratur, quin & indignerit Lipsius (a) *Multa tamen evenisse, vel è tam frequenti Diva Hallensis cultu, quem non nisi beneficiis & miraculis probabile est provocatum*, idem Lipsius opinatur. Adhæc, sub eadem tempora, miraculis & divinis beneficiis (quæ Otho Zilius libris quatuor est complexus) apud Silvaducenses in Belgio, statua B. Virginis rem Christianam singulariter promovit. Licet enim Zilius (b) ante M. CCLXXX. Annum, pauca Divæ Silvaducensis, quæ memoret, invenit miracula, *non tamen desunt*, ut ipse quoque asserit, *qui miraculorum Silvaducensium primordia, Anno Christi 1380. vetustiora existiment*. Sed & apud Francones in Germania, Weyerensis Deiparæ Aedes, in Babebergensi Diæcesi sita, haud procul iisdem temporibus, Germaniam, vicinasque Provincias, quæ miraculis, quæ eximiis in genus humanum beneficiis, illustrare atque ornare est aggressa. Tamen enim Ecclesia illa, jam ante ab Ottone I. Deiparæ extructa, & paulò post ab ejusdem nepote Ottone II. Bimbergensi itidem Episcopo, secundum D. Bernardi obitum, Anno Domini M. CLXXXVIII. Ordini Cisterciensi addicta fuerit, uti Fornerius (c) author est; nihilominus haud satis constat, utrum ipsis fundatæ Ecclesiæ primordiis, an succedentibus temporibus (quando videlicet Ziscano illo Taboritarum aliorumque Hussitarum furore excisa, postliminio fuit restituta) clarescere miraculis occæperit. Denique,

(a) cap. 6. (b) lib. I. cap. 4. (c) lib. I. cap. 5.

que, ne plura ad idem institutura necesse sit aggere-
 re (nam, ut Bohuslaus Balbinus (a) de B.V. Warten-
 si scribit, Anno 1280. *Cellensis Virgo suam ingressa est*
Cellam, & Vilvardia Diva Consolatrix, aliasque in Ba-
tavia comolures eâ tempestate se prodidère miraculis, ipsa-
que adeò Wartenensis, ut idem in fronte libri ait, mi-
raculis ab Anno M. CC. illustrata est) circa eadem
 tempora, simul ac Religio Christiana caput in Prus-
 sia extulit. At inter plurimas magnæ DEI Matri conte-
 cratas ædes, duæ mihi videntur præ cæteris fuisse exi-
 mia; altera quidem Gedani, apud Lindam verò Ma-
 rianam altera. Illa, ut fortè nullis olim claruerit mi-
 raculis (quis enim illa eruendi copiam habeat, quæ
 hæreticorum furor, supra unius jam seculi interval-
 lum, aut penitus subruit, aut vecorde suppressit dili-
 gentiâ?) claruit tamen, tum eximia fabricæ operis-
 que amplitudine & majestate, de qua cum plerisque
 Europæ basilicis et jamnum queat contendere; tum
 minimè vulgari tantæ urbis erga Deiparam studio
 atque pietate; ob quam, sicut ipsa à Deipara nomen
 fuit sortita, ira propinquo urbis vico, qui vulgo *Do-*
mina nostra platea dicitur, appellationem dedit. Jam
 verò altera hæc nostra apud Lindam, licet magnitu-
 dine ac mole cæteris facillè cedat, miraculis tamen,
 ac singularibus DEI Deiparæque beneficiis, quibus
 & olim Catholica religio fundata firmataque est, &
 nunc firmatur, plerasque, ne dicam omnes alias in
 Prussia sitas, longè antevellit. De quibus cum ube-
 rius deinceps sit agendum, satis nunc erit de Diva
 Lindensi, quod Ecclesia Græca universim de Deipa-
 ra ca-

(a) lib. I. cap. 6. §. 2.

ra canit (a) conversâ ad illam oratione, usurpare. *Miraculorum tuorum fulgore, quo eximie tuis praluces, dolorum & tribulationum fuliginem dissipas, internamque hilaritatis lucem illis expandis, qui magna omnino laudibus Te, velut DEI Matrem, colunt.*

C A P U T XII.

Deipara Virgo, pro ea, quâ apud DEUM & potestate & dignitate excellit, Lindam in Prussia, gratiis ac beneficiis ab se distribuendis, opportunam delegit sedem.

Plè omnino, nec minùs verè, Pius II. Summus Pont. in aureo calice, quem B. V. Lauretanæ dicârat, hoc epigrammate calici eidem inscripto (sicuti author est Turfellinus (b) Deiparam ita alloquitur) *Pia DEI Genitrix. Quamvis tua potestas, nulli coarctetur finibus, ac totum impleat orbem miraculis; tamen, pro voluntate, sæpius uno loco magis, quàm alio delectaris; & Laureti Tibi placitam sedem, per singulos dies innumeris signis & miraculis exornas, &c.* Possemus & nos propè paria, apud Lindensem Deiparæ sedem, vota appendere. Quod enim potestatem & beneficentiam, quam eo loco spectamus, attinet; nullis prorsus arctatur finibus; ut non in curia, cum dignissimo Lipsii discipulo Ercyio Puteano (c) de Diva V. Bellifontana, dicere nobis liceat; *Virgo DEI Mater, aliquid habere DEI caput, postquam ad calum & Filium evecta est; divina clementia & bonitatis radios, in cultores suos, libera-*

(a) ὑπερσφάπτεισα πᾶσι, τῶν θαυμάτων τῆ ἀγγλῆ των σῶν, πλὴ των παθῶν ἢ θλίψεων ἀπελαύνεις ἀμίχλιω, ἢ φῶς τῆς εὐφρασύνης νοητὸν ἐφαπλοῖς, τοῖς μητέρα θεῶν σε μεγαλύνει. (b) lib. I. cap. 26. (c) cap. I.

vali quodam lucis fonte derivans. Quæ ubique beneficia,
 dona, thaumata? Aut fallor, aut hæc omnia pietatis possio
 præmia appellare: vel cum Friderico Fornerio de B. V.
 Weyerensi (a) Quis vel pessimus, & corruptissimus, &
 serpentis semine oriundus hæresiarcha, calcaneo honoris be-
 nedicta DEIPARÆ, tam venenato morju insidietur, ut
 ausit injicias ire, præpotentem DEUM, Matrem suam, Di-
 vina majestatis potestatisque sociam, quatenus & licebat,
 & humana capacitas natura admittebat, in imperscruta-
 bili consilio suo, iam à primordio conditorum seculorum,
 adscivisse? Quæ, sicut & plura in eundem sensum à
 dignissimo Antistite Fornerio dicta, simulque illas
 aquarum, fontiumque scaturigines, quæ tum apud
 Weyerensem, tum apud Lindensem Deiparæ Æ-
 dem perenni sese cursu evolvunt, dum contempla-
 mur; subit pariter in mentem id, quod S. Bernardus
 de Vena illa caelesti per Aqueductum descendente nobis
 scriptum reliquit. Advertistis iam, ni fallor, inquit ille
 (b) quem velim dicere Aqueductum; qui plenitudinem
 fontis ipsius de corde Patris excipiens, nobis edidit illum;
 sed, si non prout est, prout capere poteramus. Unde post-
 modum mero melle Bernardi stylus, pro more, flu-
 ens, ira caulam ablolvit: Altiùs ergo intueamini, quanto
 devotionis affectu, à nobis eam voluerit honorari, qui totius
 boni plenitudinem posuit in MARIA: ut proinde, si quid
 spei in nobis est si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nover-
 imus redondare, quæ ascendit deliciis affluens. Totis ergo
 medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis o-
 mnibus, MARIAM hanc veneremur; quia sic est voluntas
 eius, qui totum nos habere voluit per MARIAM. Totum
 omni-

(a) lib. I. cap. I. (b) serm. de Nativit. Mariæ.

omnino voluit nos habere per **MARIAM**, summus ille bonorum omnium largitor **DEUS**; quia (ut **Petrus** quoque **Damiani** (a) verissimè pronuntiavit) *Per ipsam, cum ipsa, & in ipsa, totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine ipsa nihil factum est, ita sine illa nihil refectum sit.* Quod, quo pacto verissimè, ut diximus, à tanto viro dictum scriptumque sit, idem ipse alibi (b) **Deiparam** alloquens ita explicuit. *Amas nos, amore invincibili, quos in Te, & per Te, Filius Tuus, & DEUS Tuus, summâ dilectione dilexit. Quis scit, quoties refrigeras Iram iudicis, cum iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur! in manibus Tuis sunt Thesauri miserationum DEI; & sola & electa, cui tanta gratia conceditur. Unde non majore audaciâ, quàm pietate & fiducia paulò antè præmiserat. Quomodo illa potestas, scilicet divina, Tua potentia poterit obviare, quæ de carne Tua, carnis suscepit originem? Accedis enim, non solum rogans, sed imperans; Domina, non ancilla. Et Bernardus iterum (c) *Data, inquit, est ei potestas in celo & in terra; & in manibus eius vita. Quam Deiparæ potestatem, Græca Ecclesia univèrsa, appellat maternam libertatem, & quasi licentiam, quæ in filium Matri, jure suo, competit. Sic enim in Menæis 18. Januar. ad Dei parentem, interpretè **VVagnereckio**, precari solita. O, quæ Mater dignam, quidlibet à Filio postulandi, auctoritatem habes; rogamus Te, ut generis nostri, quod Tibi cognatum est, curam ne deseras. Nam Te solam, nos Christiani apud Domi-**

(a) sermone de Annuntiatione. (b) sermone de Nativit. Vurg. (c) sermone 1. supra Salve Regina.

num, pro singulari, ad clementiam nobis exhibendam, illecebrâ usurpare solemus. (a)

Cæterum, præter novellæ apud Prutenos Ecclesiæ, tummas, uti constat, necessitates, quæ alia DEIPARAM causa permoverit; ut suum illud tantæ potestatis juxta ac gratiæ pietatisque Tribunal, apud suam in Prussia Lindam collocaret, quis vel divinando edisserat? si qua tamen via, DEI, Deiparæque consilium, vel obiter rimandi, patere cuiquam potest, fortasse non nemo apud se statuet, Deiparam suæ in Prussia Tiliæ, de qua paulò post erit differendum, tum (specie quodammodo eò invitata, tum indole. Exaltatur alicubi DEIPARA (simul atque in populo honorificato, uti ipsa (b) gloriatur, radicavit) quasi Cedrus in Libano: alibi fortasse, quasi Cypressus in monte Sion: alibi, quasi Palma exaltata in Cadès & quasi plantatio Rosæ in Jericho: alibi verò. Quasi Oliva speciosa in campis, & quasi Platanus exaltata juxta aquam in plareis. Prussia neque Cedrorum, neque Palmarum, neque aliarum id genus ferax est arborum, quæ DEIPARÆ virtutes, patrocinium, ac potentiam divinæ proximam, ipsâ suâ facie ac formâ, quasi ob oculos nobis statuunt, aut non leviter adumbrent. Par igitur videbatur, ut Deipara apud suam in Prussia Lindam exaltaretur quasi Tilia; cujus quidem Tiliæ feracissima est Prussia. Et sanè videtur, inter jam memoratas, aliasque ferè omnes arbores Tilia, vel ipsa exterio-

E

teriore

(a) μητρικὴν παρρησίαν, τὴν πρὸς τὸν υἱὸν οὐ κεκτημένην, συγγενῆς προνοίας τῆς ἡμῶν, μὴ παρίδης, δεομένη. ὅτι σὲ μόνην χρεῖσιν αἰνοῦν, πρὸς τὸν δεσπότην ἰλασμόν εὐμενῆ προβολόμεθα. (b) Eccli. 24. 16.

teriore formâ ac specie suâ, non postremum Deiparæ symbolum atque effigies esse. Si enim magnitudinem spectes, facilè Tilia cæteris cum arboribus, de sublimitate, proceritate, & vastitate contendet; atque ita eminentem, inter omnes omnino cælités, Deiparæ excellentiam adumbrabit; & quasi tacitâ voce cum Ecclesia Græca, Angelum, in S. Damasceni cura Deipara dialogismo, imitando exclamabit (a) *Salve Altitudo, ad cuius fastigium supremum, cogitationes hominum ascendere nequeunt. Salve profunditas, cuius subilem recessum nec quidem acies Angelica penetrat.* Si vero spectes aut foliorum, in orbem latè crispantium, & que ferratorum; aut frondium, in gyrum densè junctarum ac prolixè sese sinuantium virorem, vigorem, atque elegantiam; si gratissimæ desideratissimæque æstimationis inter ardores umbræ amplitudinem & gratiam; nulli arborum Tilia cedit; ut mortalium ad Deiparæ tutelam sese recipientium exprimat, fiduciam, & carmen, quo Balduinus Cabillavus Indiam alloquitur, ingeminandum excitet.

Parce queri; tibi Palma Ceres, tibi palmes Iacchi

Mundus opum est arbor unica, & omne perit

Neq; enim minus subsidii Tilia Mariana, humani præbet generi, quàm Palma Indica; quæ, cum unica sit Arbor plurima tamen omnibus Indiarum populis vitæ subsidia ministrat. Si insuper Ligni ipsius, quodvis opus facillimè adhibendi candorem, vel peritadinem, omnis expertem terebinthi, contemp-

(a) Χαίρε ὕψος δυσανάβατον ἀνθρώπινος λογισμὸς
χαίρε βάθος δυσπαραλήπτου καὶ ἀγγέλων ὀφθαλμοῦ
Mensis 25. Martii.

ris; triumphabit planè inter arbores Tilia, ut incredibilem Deiparæ puritatem, sanctimoniam, & ab omni, etiam originalis peccati terredine, eximiam immunitatem demonstrat. Quid, quod invictum Leonis robur, quod neque quercu, neque ullo alio ligno, quin nec ære, aut ferro frangi potest, Tiliæ ligno frangatur? Leonem enim frangere, si vis, cavæ è Tiliæ lignis paratæ include. Quod quo pacto ad Lindam Marianam referre queas, docuit de Resseliensibus Poëtis quidam, qui Anno M D C L I. ita Christum de Tribu Juda Leonem descripsit:

Vidi ego detentos Tilia sub corte Leones;

Et vidi aratas comminuisse seras,

Quid causa est! ferri quos non tenuere columna,

Hos fragilis Tilia structa catasta tenet!

Virgine nata Puer, puerili infirme ululatu

Attamen è Iuda diceris esse Leo,

Non potes è ferro firmato poste teneri,

Apta Leoninos Linda tenere sinus.

Denique, ut mellei roris dulcedinem & copiam, ut singularem odoris fragrantiam, aliaque plurima, plurimarum Deiparæ excellentiarum signa atque symbola missa faciam, si oculos in ipsum Tiliæ extimum corticem velis conijcere, invenes tam in se uno varium ac multiplicem, tam copiosè fissilem ac flexilem, tam supra arborum morem, membranis, tuni-
cis, phyllitisque tenuissimis (etiam coronarum, ut Plinius (a) inquit, *lemniscu*, antiquorumque honore celebris) inter se, lignumque ipsum, coactis abundè divitem, ac locupletem; ut scilicet omnium, qui in Deiparæ

E 2

para

(a) lib. 16. cap. 14.

para fuit; complexum, catenamque virtutum, humi
 verecundiâ & verecundissimâ humilitate, decen-
 timè obtectam exhibeat. Unde in rem nostram
 Ernestus primus Archiep. Pragensis nuperrimè
 mùm editus. Cap. 43. Marialis: Non fuit, inquit,
 Arbor sub celo sicut Maria; nec talis fructus super calos,
 ut fructus eius. De Arboribus bonis quedam sunt, quarum
 gratia præcipuè est in Radice, aliarum in Ligno; aliarum
 resina; aliarum in medullis; aliarum in ramis; aliarum
 floribus, aliarum in foliis, aliarum in fructibus, aliarum
 semine. Ista autem Arbor tota est plena gratiâ, & ex om-
 ni parte utilis, laudabilis & fructuosa! Neque enim Ti-
 liana illa, de qua Calcagninus fabulatur, Bur-
 gundica, quæ, à Natura ad Jovem oratrix missa, ut viro-
 rum perpetuum herbis arboribusque cæteris impetrat
 non communem, sed privatam, & suam unius
 famam egit; ac post longas preces, ut æternæ viriditatis
 munere ac prærogativâ gauderet, exoravit. Verum
 reversa domum, tum apud cæteras arbores ma-
 gnam incurrit invidiam; tum ab ipsa quoque Natu-
 ra communi omnium parente, sempiternâ sterilitate
 est damnata: quin, multo æquius de Tilia nostra
 nas, quàm de Magnevi arbore, in nova Hispania,
 cinerit idem Balduinus.

Arbor mel, pluit Arbor opes, pluit Arbor Iacchum

Fila parit Arbor, & sibi gignit acum.

Excute mordaces spinoso pectore curas;

Pro Domino Oeconomum, quam colis, Arbor

CAPUT XIII.

Tilia apud Lindam Marianam perennis vigor, ac viriditas.

Chriftiani, quemadmodum Græcam Ecclesiam paulò autè docentem audivimus, ad clementiam sibi exhibendam, pro singulari illecebra, Deiparam usurpare apud Dominū solent: sed & Dominus ipse (qui, ut supra vidimus, pro divina & immensa bonitate ac pietate sua, non modò promptas paratasque, ad sua immortales effundenda beneficia habet manus; verùm & ipsa mortalium vota antevertit, quin & excitat & accendit) Deiparam, pro singulari, in pelliciendis ad se hominibus illecebrâ, usurpat. Et verò, ut ad capiendâ per Deiparam sua munera nos pelliciat, quid non ex omni rerum universo, ad demonstrandam ejusdem dignitatem atque excellentiam usurpat? si ad cælum & sidera oculos vertas, ibi illa, ut plurimum, *Progreditur quasi Aurora consurgens*, ut diem ac solem venturum annuntiet, imò gignat. Ibi *Pulchra* ut *Luna* procedit; ut noctis caliginem, suâ à nobis luce amoliat. Ibi *electa* uti *sol* effulget, ut mero quoque meridie caligantes nos, illâ, quâ divinitus plena est, gratiæ Luce perfundat. Sin ad Oceanum, & maria, & flumina respicias, ibi illa non modò *Stella Maris*, verùm, & ipso quoque nomine, magnum gratiarum *MARIA* Mare. *Origo fontium & fluminum* (inquit S. Bernardus (a) super *Salve Regina*) *Mare*; *virtutum sanctarum Auctrix* *MARIA*. Sin denique terram, & terræ opes atque opera; ibi illa & in hortis sicut *lilium inter spinas* candicat; & in campis vernat sicut *flores*

E 3

res

(a) *serm. 10*

res Rosarum; & in silvis, quasi cedrus, aliæque, Arbore triumphat. Quid ni porro etiam, sicut Tilia verneat, vigeat, floreat, extollatur? Nimirum hoc magnæ Dei Matri, usque ad repurgatam ab idolorum cultu Proficiat, siã servabatur elogium; ut, quæ tot modis per Tiliam adumbraretur, apud Lindam Marianam, præ cæteris arboribus, Imagini suæ, ac sibi sedem, vel potius Thronum deligeret: ex qua & miraculis gentem, & Christum vixdum conversam, juvaret ac protegeret, & in omne hominum genus, suis certaret beneficiis. Memorat Petrus Damiani, doctrinâ & vitæ sancti moniã eminentissimus quondam in Ecclesia Cardinalis (a) Esse in finibus Indiae Arborem, quæ Græcè Prickion vocatur; cuius utiq; fructus nimis est dulcis, & valde suavis. In hujus igitur Arboris gratia, columba non modo delectantur, cuius nimirum eas & fructus respicit & umbra defendit. Teterrimus enim Draco, ferale eas immantibus te persequitur, & cruenti gutturis barathro inhians abhibere molitur. Sed sicut columba Draconem, ita nihilominus Draco formidat eam, quam prædiximus, arborem; præcipuè timet umbram: ita ut, si umbra fuerit à parte dextera, ille, licet procul, fugiat ad sinistram, quæ umbra cernitur in sinistra, ille vertitur ad dextram. Dicitur ergo columba sub arboris illius umbraculo fuerint commorata, nullus eas crudelis illa bestia valet insidiis laedere, alioquin, si procul eas invenerit, sine ullo contradicendi obstaculo repentinus invadit. Quantum Tiliæ Mariæ umbra, præsertim columbis eò se recipientibus (cuius vi enim aliæque aut ab hæresi, aut ab incoëctis contra Spiritum S. animo vitiiis, ferales prorsum aves,

(a) l. 4. 2. epist. 18.

ham Marianam fugiunt) quovis tempore opitule-
 tur, tum sequentium librorum exempla, tum hujus
 quoque (a) docebunt. Quantum verò dulcissimi fru-
 ctus suavitate, omnes reficiat ac recreet, vel illud po-
 test esse argumento; quòd in eorum usum atque ob-
 lectamentum, perpetuum servavit & frondium &
 foliorum vigorem, atque viriditatem. Ut enim præ
 cæteris sui generis arboribus, Tilia illa, singulare ni-
 hil, aut magnopere habuisset æstimandum; illud ta-
 men eximium & prorsus in ea fuit admirandum;
 quòd (quemadmodum magna DEI Mater, intami-
 natam & illibatam, cum ante partum, tum in partu,
 & post partum conservavit integritatem) ita illius
 Tilia incorruptam semper foliorum ac frondium to-
 tiusque ligni ac succi sui retinuit gloriam. Fertur
 enim constantissimâ etjamnum famâ, cum cæteræ,
 stirpis atque generis ejusdem arbores, æstate dunta-
 xat florent (hieme enim, ut fere reliquæ omnes,
 defluentibus foliis, succoque emarcescente ac propè
 emortuo exanimes quodammodo videntur) illa, quæ
 apud locum Marianum steterat Tilia, non modò æ-
 state ac vere, verum & ipsâ, quâ longè sævit hiems,
 persistisse incolumis; ut nullis unquam viduaretur
 frondibus, aut foliis; aut perenni foliorum vigore;
 atque ita de dictis veterum Prutenorum quercubus,
 etjam hieme virentibus, triumpharet victrix. Et sanè
 (ut interim amænissimè, de Origine arboris Tiliæ,
 ante sacellum B. V. Oetinganæ stantis ludentem
 Poëtam Jacobum Balde (b) missum faciamus) si vel
 aliquo naturæ beneficio, vel maleficorum industria,

E 4

in

(a) cap. 25. & 26. (b) lib. Epod. ode 7.

(a) in Insula Thera, quæ per annos septem non erat
 pluviam experta, cæteris plantis crescentibus omni-
 bus, una incolumis remansit; quæ virides ramos ex-
 plicans, inter cæterarum incendia, gratissimâ juve-
 tute visa est pubescere: quidni potuit Deipara, qui
 inter illud mortalium omnium, à stygii Draconis fac-
 tibus ortum incendium tanquam *Rubus incombus-
 salva* & ab originalis quoque luis flamma, ne dicam
 fomite, incolumis permansit, Tiliæ suæ similem in-
 partiri vigorem? si, Theophrasto lib. I. de Plantis au-
 thore, in agro Elephantino, vites ac ficus, aut in Cre-
 ta Insula, apud fontem quendam Cortynensis agri
 Platanus, aut in agro Thurino, Quercus folia nu-
 quam amittunt; quidni potuit Tilia Mariana, singu-
 lari DEI ac Deiparæ beneficio folia, & vigorem, &
 ridentemq; retinere perpetuam? si (quemadmodum
 Petrus de Natalibus (b) refert) Arbor illa, sub qua
 Joannes Abbas, inclytæ sanctimonix vir, de Syria in
 Italiam proficiscens, Angeli monitu sese receperat
 tantam ab ejus hospitis præsentia gratiam potuit
 accipere, ut quanquam alienissimo tempore, mensis
 videlicet Decembri, flores, ingenti miraculo, protu-
 lerit: si etiam, quod Deltio Disqq. lib. 5. (c) ex Mi-
 quellio scribit: *Pirus Arbor, sub qua Ioanna Lotharinga
 Christiana illa per Galliam Amazon, sederat dum
 gregem patris pascebat, neq; cæciem, neq; vetustatem sen-
 re ferebatur, neq; fulmine tangi, neq; pluvia, grandine
 aut nive intingi*: Si etiam, quod de B. Theresia, tertio
 secundi nocturni lectione Ecclesia memorat: *Arbor*

(a) Vide Herodotum lib. 4. (b) lib. 3. cap. 207. (c)
 Append. pag. 816.

arida cella illius proxima, statim ab eius morte effloruit: si
 in Aulæ Regiæ Monasterio, duobus milliariibus Pra-
 ga distito Arbores Tiliæ, in quibus Monachi Cister-
 cienses ab hostibus fidei Christianæ fuerunt suspen-
 si, folia instar capitiorum, in perpetuâ rei memoriâ
 (uti Chrylostomus Henriquez in Menologio Cister-
 ciensi Prid. Id. Maji scribit) ferebant, & adhuc fe-
 runt, nam & ego unum, ab ipsomet Monasterii illius
 Prælato, cuidam è Societate nostra sacerdoti dona-
 rum, coram in Cremlensi Collegio spectavi. Non
 potuit ad sanctissimæ Christi genitricis singularem
 in sua Leone præsentiam, Tilia ab ipsa delecta ac di-
 lecta, florum foliorumque gratiam, hieme quoque
 retinere? si (quod apud Olaum Magnum legi potest)
 juxta Basilicam Vpsaliensem, ignoti generis Arbor
 ingens, æstate juxta ac hieme, quanquam in frigidis-
 simo illo Sueciæ climate, virebat, ac florebat: quidni
 perinde florere potuit, intra ipsam Lindæ Marianæ
 ædem sita. & Deiparæ gratissima Tilia? si, ut ad no-
 stra propius veniamus, natali Dei Matris domui,
 cum è Palæstina in Italiam commigraret, obviæ ar-
 bores sese venerabundæ (Dei utique, Matrem suam
 honorantis, imperio atque vi) inclinârunt; quid mi-
 rum videri alicui debeat; si ad adventum, non qui-
 dem Domus natalis, sed Imaginis Deiparæ, futura
 ejusdem sedes Tilia, in tantæ cultum & gratiam ho-
 spitæ, aut se festo frondium florumque amictu in-
 duit; aut jam ante indutum, nunquam deinceps de-
 posuit? *Tenet fama* (inquit Turtellinus lib. 1. cap. 6.)
*nec vana est fides, venienti Deiparæ Domicilio, Arbores ob-
 vias, velat venerabundas inclinâsse se, ac deinde pronas per-
 stitisse;*

stitisse; quoad ævo ventis, ferro procumberent. Proinde, dum
 staret nemus, quod hodie excisum est, inclinatas ad Ædis
 adventum, longo ordine arbores monstrari, solitas peregrini-
 nis, tanti miraculi testes. Si (quemadmodum idem ca-
 pite 9. ejusdem libri tradit) *Area*, quam sacra *Domus*
Lauretana, in Italia apud *Picentes*, occupaverat, nite-
 bat semper vernantibus herbis floribusq̄, cum omnia circa
 densis obsita virgultis ac sentibus horrerent. Nec dubia res
 auctor est *Hieronymus Angelita*, in *Virginis Lauretanae* his-
 toria, quam *Clementi VII. Pont. Max.* dicavit eo ipso tem-
 pore, cum hoc visentibus miraculo erat: Par equidem vi-
 debatur, ut in ea *Area*, quam sibi apud *Lindam Dei-*
para, pro futura Æde ac perpetua sede, delegerat, non omnes omnino flores, herbæ, atque arbores, sal-
 tem ipsa *Tilia*, quæ *Deiparæ Iconis* sedes erat, perpe-
 tuum vigeret ac vernaret: & inter alia *Prussæ* com-
 moda, illo vigore ac viriditate venturam, venien-
 temque jam cum religione *Christiana* felicitatem
 portenderet; non secus ac postmodum *Maximilianus*
I. Imperator oblata *Divæ Virginis Hallensi* super alia
 magni precii dona, *Arbore aureâ*, *Belgio* suo, quod
 possedit, futuram ominabatur ac vovebat pacem ac
 prosperitatem. Est, ut *Lipsius* ait (a) *Arbor*, sive *Ros-*
fiutex, è puro auro, cum plussculis ramis floribusq̄, bipedalis
 quam sacratam ab se *Pontifex Maximiliano* donum, ipse
 verò *Divæ Hallensi* misit. An non velut omen, aut votum?
 suâ ope, vellet *Belgicam* attonsam tot & attritam bello
 sub novo imperio iterum revirescere, & pace suaviter flo-
 rere. Et verò sæpe auxiliarem illam sensit. Adhæc, si Ant
 Dom

(a) cap. 35.

Domini M. CDXVIII. quemadmodum Niderus in Formica (a) prodidit, prope Noribergam, in Nocte Dominici Natalis, crevit pomus, in loco campestri & communi; quæ verè floruit & fronduit, & autumnò, more aliarum fructificavit; annuatimq; in asperissima hieme, cum omnia gelu nivibus quæ rigescunt, semper ipso Natali Domini, quando Virgo virginum, salvo integritatis flore, DEI genuit Filium, Pomella virentia produxit. Denique si Arbor, quæ Deiparam adhuc in vita hac mortali peregrinam hospitio accepit, adhuc usque tempora viguit; quid mirum videri debet, si Tilia quoque Mariana (quoad per furorem hæreticorum licuit) aliquot seculis viguerit ac floruerit? Quo major atque immanior istorum videri debet, quàm barbarissimorum Turcarum & Sarracenorum impietas; cum sub his Arbor illa, denum circiter intervallo seculorum, illæsa perstiterit. Accipe rem ab illustrissimo sacri Rom. Imp. Principis, Nicolai Radivili Ducis in Olyka, &c. oculati & non incuriosi testis calamo. Non procul à domo (inquit ille pag. 177. suæ peregrinationis) in qua sacratissima Virgo, cum Filio, Salvatore nostro, per annos septem, cum in Ægypto esset, habitavit, quæ est in Villa Natarca, extat adhuc Ficus agrestis, crassa & procera; quam Ficum Pharaonis appellant. Hæc Arbor, divino quodam miraculo, ab ipsis radicibus, usq; ad summam partem, fissuram habet tam notabilem, ut, si constringi posset, aptissime in unum coiret, & conjungeretur. Nam ubi in una parte eminent extremitates, in alia concavitatem proportionatam retinet. Ad radices in ipso arboris trunco, est quæsi

con-

(a) lib. 4. apud Laur. Chrysog. in Mundo Mariano Discut. 13. n. 79.

conclave quoddam parvum, quod nullâ arte humanâ, in tam vasta arbore præsertim, fabricari potuit. Ad eam cum beatissima Virgo pervenisset, repente Arbor miraculosè diffiliens, nova hospitæ stupendam mansiunculam præbuit; in qua cum caelesti puerulo, tam diu lateret, & quiesceret, dum pius & sollicitus Ioseph, habitationem aliquam in dicto pago Natæa inveniret. Intuentibus certè magnam hæc Arbor præbet admirationem: intra cuius concavitatem, Turca lampadem habent appensam. Locum enim in magna habent veneratione: & fatentur, id, quod cuivis intuenti liquet; miraculosè fissuram eam fuisse apertam; in quam DEI Spiritus (sic enim Christum appellant) unâ cum Matre diverteret. Arbor hæc sita est in horto, in quo olim Balsamum proveniebat. Potuit hæc Arbor de Antiquitate certare cum Illice, quæ, ut ex Plin. lib. 16. cap. 43. in Roma subterranea Paulus Aringhus Cong. Oratorii lib. 2. cap. 3. memorat: *Verustior Vrbe in Vaticano Ilex*; in qua, titulus æreis literis Hetruscis, religione Arborem tam tunc dignam fuisse significat. Atque ob hanc Tiliæ Marianæ perennem viriditatem, Linda Mariana appellari potest verè *Florida*: quemadmodum Pius V. Domum Lauretanam appellavit. Nam, ut scribit lib. 4. cap. 14. Turtellinus, *car eos Agnos de more consecraturus, effigiem Domus Lauretana Angelorum humeris vectæ imprimendam curavit, cum hoc titulo: VERE DOMUS FLORIDA, QUÆ FUIT NAZARETH.*

CAPUT XIV.

Prima Tilia, & loci Lindenstis, ipsiusq; DEIPARÆ apud Lindam Marianam Religio, cultus, & veneratio singularis, ab ejusdem Deiparæ super Tiliam inventa Imagine.

Quo omine atque eventu, Maximilianus Imperator

tor Auream Divæ Hallensî Arborem donârit, jam ex Lipsio didicimus; eodemque prorsus nos, apud Lindam Marianam, non jam ab homine, quantumvis excellenti, sed ab ipso, bonorum omnium fonte, Deo positam arbitramur arborem; adeoque præteritorum tot usu atque experienciâ seculorum edocti, nos majoresque nostros votorum reos ita agnoscimus ac profitemur, ut simul maximâ nitamur spe atque fiducia, nullis unquam futuris temporibus, magnæ DEI Matris opem & subsidium Lindensî loco, locumque illum frequentantibus, defuturum. Si enim non tantum, quando & Tilia, & Deiparæ effigies, & sacellum eo loci viguerunt, verum etiam posteaquam illa omnia sublata fuerunt atque excisa, perenne ibidem omnibus patebat alylum; ita ut nullo unquam tempore *abbreviari* (ut S. Scripturæ phrasi utamur) potuerit *manus DEI* (a) quidni id ipsum, ne dicam, paulò amplius sperandum est; postquam restaurato iterum sacello, accedente præsertim navorum operariorum curâ atque industriâ, magis indies omnium firmatur in Deum ac Deiparam fides atque religio, erigitur spes, charitas inflammatur? Interim nobis prima Religionis & divini apud Lindam Marianam cultus origo paucis aperienda est. Pleraque aliæ, sive religione, sive miraculis inclytæ Basilicæ, à sacris Divorum Lipsianis (qualis inter plurimas, jam olim fuit illa S. Felicis Nolæ, de qua præter alios veterum Patrum, hîc S. Augustinum testem jam audivimus, & adhuc S. Paulinum audiemus) aut ab Imaginibus, prima quasi religionis & reverentiæ

semi-

(a) *Isaia 50. a.*

semina habent. Inter ipsas verò Deiparæ sacras Ædes, Lauretana, quemadmodum principem faciliè obtinet locum, ita ab ipsius tum Deiparæ ortu, tum etiam à Christi Domini conceptu, & transactâ utriusque magnâ vitæ parte, plurima atque evidentissima habet impressa sanctitatis, quin & divinitatis, vestigia. Reliquæ ejusdem Deiparæ sive Ædiculæ, sive Tempa, quæ Virginem, dum in terris ageret, præsentem habere non potuerunt; ipsius loco statuas vel Imagines, vel aliquid de sacra Virginis suppellectile, utensilibusvè habent; à quibus, vel, ut semente, illa miraculorum seges atque uberrima messis, exsurgit; vel, ut à vivis aquarum scatebris, illi gratiarum & divinorum beneficiorum fontes atque flumina exundant. Ita apud Divam Hallensem, cultus & miraculorum primordia, fuisse à statua, quæ à S. Elisabetha, quasi hereditate descendit, jam antè didicimus. Ita apud Aspricollensem, ita & apud Silvaducensem, in Belgio itidem Deiparæ Ædem, etiam à Deiparæ statua: ibi quidem à pastore in Quercu reperta, & ab hero ejusdem pastoris (qui ablatâ è loco statuâ, loco eodem movere se amplius non potuit) in Quercum repositâ, omniumque deinceps cultu ac pietate, uti Lipsius (a) author est, celebratâ; hîc verò ex officina lapidaria, vel potius è lamiarum lapidariarum scrutis, ne dicam lordibus, erutâ; deinde è manibus lapidicæ, securi in eam, jamque imminentis ereptâ; & in Templo S. Joannis (in quo per Valerium Ordinis Religiosi virum collocata fuerat) à neglectu & situ vindicatâ; denique

(a) cap. 3.

quasi è caligine & tenebris tandem emersâ, supra plurimas alias, quâ miraculis ingentibus, quâ eximiis in omnes beneficiis, plurimum emicuit Ita Bellifontana (quæ cum initio, quemadmodum & Weyerensis solâ quasi indole soli ac loci emicaret) statuâ ex Aspricollensi Quercu confectâ, & ab Erycio Puteano donatâ, auctior, fortasse & ad cumulâda mortalibus beneficia instructior evasit. Ita apud Polonos Claromontana ac Zyrowicensis; illa quidem Imagine à D. Luca picta; hæc verò, uti coràm ipsi spectavimus venerabundi, statuâ vix palmati; utraq; innumeris ac propè quotidianis clarissimâ miraculis; quæ illic Andreas Goddano wski, hic verò alius Ordinis D. Basilii M. Religiosus, singularibus evulgant libris. Ita denique, ut alias mittamus, sacra Lindensis Deiparæ Aedes, primam ac primigeniam, venerationis, & miraculorum quasi radicem, habuit Deiparæ Imaginem; à quâ & Tilia arbori, & Lindensi loco religio; & innumeris mortalibus immortalium beneficiorum prodiit, à tot seculis, & adhuc indies aberrimus prodit fructus. Posteaquam enim (uti memoravimus, & sæpius memorare grati animi conscientia imperat) Deiparæ per Marianos milites ope, Idola apud Prussiam subversa, & ipsi illi Idolorum cultores tandem ad Christum reducti sunt; continuo illa Deiparæ Imago spectari in Tilia, & tum Tilia, tum locus ipse ab eadem Imagine, præter admirationem, etjam cultum venerationem que populorum mereri; denique magna DEI Mater tum in loco illo, tum in ipsa Tilia, tum denique in Icone sua coli; in magna verò DEI Matre, ipse DEUS ter Opt.

Max.

Max. tanquam omnis boni sanctitatisque fons, & primum rerum principium singulariter adorari, populorumque, etiam turmatim confluentium, piissimis votis caput invocari. Neque deerant plurima, quæ in populis & admirationem excitarent & religionem, causæ. Principio enim insolens ac miraculo proximum videbatur, Iconem Deiparæ, loco præsertim deserto, præter morem spectari; neque tamen unde, aut quo pacto icon illa esse collocata, ab ullo spectantium sciri; neque fere, nisi è pecoris, eo loci in pascuis versantis, adoratione ipsam potuisse Iconem cognosci. Deinde & illud, quod jam recensuimus, mirum spectantibus fuit, quòd illa ipsa Arbor Tilia perpetuum Ver induisset, ut neque hiemis gelu, neque Sirii ullo ardore, amænissimi coloris odorisque gratia unquam temeraretur. Denique & illud non nisi miraculo affiné fuit, quòd simul atque illa Deiparæ Imago in Arbore conspecta cognitaque fuit, tum illa, tum Arbor, tum locus ad extremum ipsius sacrum quendam horrorem spectantium oculis afflare continuò cæperit; ita ut non homines duntaxat, verum & belluæ quoque id perentiscerent, adeoque prono poplitum flexu, uti suo referemus loco, quod perentiscebant, testarentur. Nunc, ne forte Imagines Deiparæ super arboribus collocari aut reperiri solitas esse, cuiquam mirum videatur, ad illa quæ jam produximus exempla, etiam id, quod Nicephorus (a) refert, tanquam huic nostro admodum affiné, ne dicam Germanum, adjicere placuit. Constantinopoli fuit Cupressus ingens & procera; in qua super tota

(a) lib. 14. cap. 46.

bus temporibus, nescio quomodo, Imaginem DEI genitricis quidam occultavit. Cùm autem multum temporis præterisset, & Imago lateret, ipsa seipsam indicavit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atque fax ardere visa est; & ingens etiam miraculorum vis, ab obscura & latente efficacia, manavit. Vbi autem quidam, laudat à curiositate, Arborem conscendit, Imago, unde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus Patriarcha, loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum DEI genitrici construxit Templum. Nimirum, ut cum Guiljelmo Gumpenberg in Idea Atlantis Mariani (a) loquamur, ex quo Filius ab Arbore pependit, odisse Mater Arbores non potest, à quibus tot titulos habet. In Castanea, ut B. V. Goritiensis in Germania; in Rubo, ut B. V. Turcan. in Boëmia; in Sambuco, ut B. V. Chervi, in Germania; in Larice, ut B. V. VValcast. in Germ. in Vite, ut B. V. Viterb. in Italia; in Quercu, ut B. V. Foyensis in Germ. in Cupressu, ut B. V. Constantinopolitana in Oriente; in Piro, ut B. V. Zyroviciensis in Lituania; in Spinis, ut B. V. de pario. no. in Italia; in Nuce, ut B. V. Castilion. in Italia; in Ceraso, ut B. V. Elarensis in Germania; in Nemore, ut B. V. Aricina in Italia.

CAPUT XV.

Qua, qualis, & unde illa DEIPARÆ Imago Lindam delata credatur.

RErum, quæ à sensibus temporibusque nostris longè positæ sunt, notitiam, vix aliis quàm vel famæ, vel conjecturæ adminiculis, & quasi impressis lentè vestigiis assequi possumus. Nobis verò, nisi hæreseon furor, intercessisset, neutro hoc subsidio ad præsens institutum opus esse oportebat. Postquam enim,

F

quem-

(a) pag. 16.

quemadmodum libro proximo referemus, eruncata
 in Prussia Idolomania, haud paulò minus infeli-
 præteritarum hæreseon lolium successit; illam quo-
 que Deiparæ Lindensis effigiem, illam, inquam, pri-
 mam præcipuamque Christianæ religionis ac pietatis
 sementem, unà cum Tilia & Sacello, pessimum illud
 & supra quodvis aliud lolium, exitiale germen, sul-
 focare & obterere parabat. Enimverò tantum pro-
 fecit, ut cum Imago illa, ab oculis sensibusque no-
 stris longè absit, minimè tamen ab hujus quoque
 tatis memoria abeat. *In hac Tilia, gloria frondium
 bili* (inquit Michaël Ciaritius, is, qui Lindensem
 storiâ circiter triginta ante annos, primus ad
 bravit) à primo ferme statu Christianæ fidei in Prussia,
 dendam se præbuit admiranda Effigies Beate Virg-
 MARIÆ, divinâ arte & manu facta; qua Puellum
 sum, DEUM nostrum, maternis ulnis gestaret. Et quæ
 hæc inficias eat? Nunquid enim satis jam constat,
 Lindam Marianam, cum primo Christianæ religio-
 nis ortu in Prussia simul effloruisse? & in primo
 religionis ortu, Deiparæ Iconem spectandam se
 Tilia mortalium obtutibus exhibuisse? An verò quod
 Puerulum JESUM, in illa effigie, maternis ulnis fuisse
 statum neget? Is verò perinde Deiparam, cum
 piissimo Nestorio Theotocou negârit. Alioqui verum
 mum semper fuit, & erit illud, quod Deiparæ verbum
 Poëta Christianus cecinit (a)

Absque meo, quicumque voles, me pingere Nato,

Me, sine me, potius pinge, dolebo minus.

Nec minus verum est, quod in Atlantis Mariæ

(a) Bern. Bauhausius.

Idea (a) memoratur. S. Maria Rosarum Tarenti, in Regno Neapolitano, fragmentum picturae antiquae, reperta est à pia muliere, & domi, loco decenti reposita. Titulum, quo appellari vellet, ipsa B. Virgo revelavit, & puerum JESUM sibi appingi ipsa imperavit. Nempe melius pinxeris Mariam sine Maria, quàm sine JESU. Et alibi (b) B. Virgo Viterbiensis, licet in Quercu esset, tamen à Vite mirabilibus gyris ambiebatur, nemine observante; dum de tanto Thesaurò Eremita vicinus moneretur à Lupis. Is, ut sibi atque Imagini melius esset, eam ad Tugurium suum defert; sed Imago postridie rediit, unde venerat, & in Vite reperta est. Nempe nec Palmes sine Vite; nec Vitis sine palmitate; nec Maria sine JESU reperitur. Quid enim B. Virgo sine Filio? aut quid B. Virginis Filius sine uaito sibi verbo divino? aut quid Christococcos Nestorii, sine universalis & Catholicae Ecclesiae Theotoco? unde & ipsa Deipara, in suo illo, planè divino carmine: *Magnificat*, inquit, *anima mea Dominum; & exultavit spiritus meus in Deo salutari suo.* Amæbæum profus mihi videtur hoc carmen: nam & *Anima spiritui, & Magnificat*, suo respondat *Exultavit*. Sicut igitur *magnificavit Dominum*, qui quidem alius non fuit, quàm DEUS, ita *exultavit in salutari suo*, non sanè alio, quàm DEO itidem, ac Domino suo. Quis autem DEUS alius Salvator aut *salutari* ipsius, quàm ille, de quo Gabriel Archangelus (c) *Vocabis*, inquit ad Josephum, *nomen eius JESUM; ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Non igitur absque Puerulo JESU, illa Deiparæ Icon fuit. Sed qualis tandem illa Icon? Videbu (ut hoc loco cum P. Guilielmo Gumpenberg in Idea Mariani Atlantidis

F 2

(a) pag. 107. (b) pag. 114. (c) Matth. 1. 21.

lantis (a) loquar) ex tot centuriis, quas afferam, vix pa
 cas esse, quibus artem aliquam à sculptura aut pictura
 esse dicas. Plerumque Symmetria, proportioque membra
 rum vel nulla, vel imperita. Materia fere semper vilis,
 rea, quod sciam, nulla. Hæc stulta mundi elegit, hic port
 ra patrat DEUS. Miraberis, & velatis Seraphinorum
 oculis, indagare desines Altissimi consilium. Sculpta de
 de, an picta? & unde fuit? An agiopham sive sculptu
 fuisse, & à divina potius, quam humana venisse
 nu, quæ jam referemus, evincunt. Non desunt etiam
 num, qui ex ipsorum quoque, in vicino Ducatu
 etariorum famam acceperint (quemadmodum P
 tri Althoff commentariolus refert) fuisse scilicet
 stemburgi hominem, ob facinora, quæ parrarac
 gastulo inclusum, adeoque de Prætoris sententia
 morti jam addictum. Is ubi de ferali Thera, &
 in se nigro calculo factus est ceruor, pro illius
 imò pro Catholicorum (qui tum Rastemburgi,
 reliqua Prussia omnes erant) recepto ubique mo
 secundum DEUM, ad Deiparæ patrocinium, & ap
 tum semper miseris asylum, sese recepit; & (quem
 modum proclive est arbitrari) ut vel vitam pro
 re, vel felicem de vitæ statione discessum impet
 dignaretur, supplex oravit. Neque afflicto Deip
 Virgo defuit, quæ, non sine suo Filii que sui gaudio
 solenni Ecclesiæ carmine Consolatrix afflictorum
 dit Pridie ejus diei, qui homini supremus erat
 rus, vitæ suæ exitum, ignominia juxta ac cruciatu
 plenum, non sine dolore ac metu, ut in eo tempo
 articulo fieri contuevit, aliis apud se reputanti
 li ex

(a) pag. 10.

Etandam se nocte intempestâ, exhibet illustri cum splendore Matrôna, vultu & benignitate, quàm in humanis spectari possint, augustior. Nemo dubitârit, benignissimam DEI Matrem fuisse; quæ sicut in memorato Ecclesiæ carmine, *Refugium peccatorum* appellatur, ita miseris, si præsertim in vota vocetur, vix unquam deesse consuevit. Ergo, ad hominem, ob præsentis jam mortis imaginem ante oculos planè obversantem, vehementer consternatum ac propè semianimem. Ecquid, inquit, angeris, ac mærore apud te contabescis? Quid ni angar, reponit ille? Moriendum! & quidem, crastinâ mihi luce omnino moriendum est! Tum Deipara, pone metum, & hoc lignum, atque unâ scalpellum hoc (utrûmque enim homini simul oblatum fuerat) in manus tume; & quidquid libuerit, ligno inculpe. Fecit homo impetrata, & scalpro, quantum per studium parendi potius, quam per fingendi artem potuit, notas quasdam eidem ligno inscripsit. Quod simul factum est, jubet insuper Deipara, ut & lignum & scalpellum, ubi crastinâ luce prætori sistendus esset, unâ secum deferret; & rei, quemadmodum gesta esset, seriem, pro Tribunali, omnibus coram exponeret; atque ubi per Prætorem absolutus, ac liber dimissus esset, iter non aliò, quàm Resselium versùs ingrederetur, Imaginemque ligno illi jam impressam, super Arborem Tiliæ, quæ juxta viam deserto illo in loco prima occurrisset, collocaret. Posteriâ igitur die, cum ad Judicem & Tribunal productus, secundum enarratam rei gestæ seriem, lignum cum scalpello, pro Tribunali exhibuisset; apparuit mira DEIPARÆ effigies, non

tam facinorosi illius, quam alicujus è caelestibus geniis, vel ipsius DEIPARÆ DEIVÆ manu, elegantissimè elaborata. Non potuit Prætor, cæterique Iudices, nisi admirabundi, & attonitis similes, tum rei feriem audire, tum admirandam Deiparæ Iconem coram intueri. Ergo hominem, quantumvis noxium, quem tam illustri miraculo viderunt divinitus absolutum, ipso quoque absolvunt, ac liberum abire, resque suas habere sinunt. Ille verò magis fortasse ex ipsius aspectu Imaginis, quam ex recepta, præter omnem spem, gaudio plenus, in viam se dat, ut Tiliam, cui Deiparæ Imaginem superimponeret, perquirat. Quamvis duo integro vagabundus oberrasse fertur, quorundem ad eum ipsum locum, in quo nunc visus Lindensis Ædes, delatus Tiliam invenit, & Deiparæ Icone super eam collocatâ, non sine gratis super Numini, magnæque Numinis Matri, suæ secundæ DEUM sospitrici, enixè actis, ad suos se recepit. Imago Deiparæ, suum quasi campum Martium apud Lindam nacta, nunquam mira in hominum salute operari, & maximis deinceps coruscare miracula destitit. Quamquam & ille quatrivanus, ante collocatam super Tilia Imaginem, hominis error, sine qua miraculi specie videtur non accidisse; fortasse quandam religionis, & divini apud Lindam Matris cultus soliditatem æternitatemque portenderet. Quemadmodum enim in *continua*, ut Philo-
 phorum in morem loquamur, ita in *discreta* quoque quantitate, quæ potissimum tempore constat, solitas à quaternario numero pendet. *Quaternarius numerus* (ut Philo, libro de Mundi opificio, ait) pro-

solidi naturam ostendit; nam in unitate censetur punctum; in binario linea; ubi accessit latitudo, fit superficies ad ternarium pertinens: hæc, quod minus sit corpus naturâ solidum, unâ destituitur altitudine; quâ junctâ ad ternarium, fit quaternarius. Eundem in modum S. Augustinus libro 83. quæstionum (a) differens Progressio, inquit, à Puncto ad longitudinem, à longitudine ad latitudinem, à latitudine ad altitudinem, soliditatem corporis facit, quæ rursus quaternario numero continetur. Sicut ergo corporum, ita & Temporum soliditas, à quaternario numero pendeat; ut & hic, ex unitate primæ diei ad binarium secundæ, & ab hoc ad ternarium tertiæ, denique à Ternario ad soliditatem quartæ diei, hoc est, ad duraturæ, apud Lindam Marianam, religionis perennitatem (quod & capite 14. jam fecimus) non omnino vani conjectores, progressionem faciamtis. Interim, quæ hîc retulimus, ab iis, quæ in Atlantis Mariani Idea (b) memorantur, haud multum abluunt. Mira, DEI Mater non facit modò, sed & imperat; quia admirabilis est. Militi in mente Ortone prope Paduanam apparet; & ab eo Templum petit, pro Imagine monstrata & reperta sub aquis. Ne fides militi non haberetur, iubet eam patrare miracula coram Magistratu. Ille, ut iussus est à Virgine, caput coronat ramo querno viridi, & ramus repente arefcit: eodem lumbos cingit & revirescit. Iterum ramo Oliva viridi cinxit lumbos, & mox aruit ramus; revivuit iterum, quàm primum caput sibi eo coronavit. Hæc tot miraculorum, quæ hodie sunt, origo. Sed & illud, quod alibi (c) recensetur, quàm his, gemina quoque de causa geminum! Imago B. Virginæ miraculosa, qua in

F 4

Roma-

(a) quæst. 57. (b) pag. 99. (c) pag. 100.

Romaniolâ, etiam mutatione loci, clara, tanta patrat miracula. Scrofa indicio reperta est. Hac enim de deserto grege, quotidie circa meridiem, collem ascendit, & nemus, quod ibi erat ingressa, non ita multo post rediit. Sequitur curiosus opilio, puer ob manus unius malum ad cetera inhabilia reperit scropham orantis situ fixam, coram Imagine, Arbori vetustissima insistente. Alloquitur Imago pueram; imperat & Processionem, & Templi fabricam. Et, ut fides haberetur, opilioni spondet sanitatem manus, quando eam terram Magistratu immisisset in sinum, retraxissetque, manus Moyses. Et illud alterius loci (a) Forolivienis Templi, in societatis Jesu Templo est, statua Mariana, olim nobili Germano in Arbore reperta: terque domum portata est; sed frustra; ter namque ad locum rediit; culta dein Templo & Monasterio. Hanc Ducissa Brunsvicensis, ne harescorum in manus veniret, Collegio donavit, unâ cum Maria B.V. quæ in ipsa Imagine latebat. Et pag. 106. B. Virgini statuam in monte Bruno, pastor reperit, tulitque domum. Fuere, qui in tempestiva pietate eam pastori eriperent, et locaturi in Vrbe, loco decentiore; sed pretium opera fuit incitatus, dum statuam reponeret in domo coloni. Et pag. 107. Buccaholerii in Calabria Templum hodie vides grandævum. Hic olim spelunca fuit, in qua statua miraculosa reperita colui voluit. Quæ à populo, semel iterumque cum pietate, ampliore cultum, aliâ assportata, è marmore licet sit, nondiut tamen. Neque est quod mireris, facinorosorum perashominum ad propagandum sui cultum, Deam param adhibere: nam ut in eadem Idea (b) legitur, nec piratas odit Maria, modò velint ipsi odio digni non esse. Petrus Bianchus, ex pirata factus est Eremita Novorossici.

(a) pag. 103. (b) pag. 112.

visam Virginis Imaginem in quercu reperit; cuius favores & gratia hodieque durant. Quæ tot ac tanta, in una B. V. Lindensis Effigie, quo pacto sint reperta, ex iis, quæ sequuntur, patebit.

C A P U T XVI.

Cæcus, recepto visu, primum Imaginis Deiparæ Lindensis beneficium expertus.

POSTEAquam homo, qui Iconem Deiparæ super Tiliam defixerat, gradum inde movit, cæcus quidam illac, sive curru sive carpento, fortè prætervehendo sese admovit. Nobili genere & opibus florentem fuisse, eorundem hominum testimonio & famâ accepimus; qui cum cætera nihil videret, ne Imaginem quidem illam cernere potuit. At verò auriga, qui hominem vectabat, simul ac Tiliam versùs oculos flexit lucem quandam, & eximium promicare inde splendorem advertit. Subsistit igitur tantisper, & herum de visu, rei que novitate admonet. Herus, ut gradum propius admoveat, & omnia coram exploret, sibi que ex fide renuntiet, imperat. Accedit ille, & jam Arbori proximus, Effigiem Deiparæ, mirâ undique cinctam luce, attonitus juxta, ac venerabundus aliquandiu intuitus; tandem hero, quod vidisset, renuntiat. Herus quantò oculorum cassus lumine, tanto magis aciem mentis intendere; & inter fluctuantis obstupelcentisque animi æstus, forsitan hæc apud se agitare. Siccine Arbor, vicino nobis loco sata, novo quasi fructu onusta, Effigiem nobis magnæ DEI Matris profert? Siccine, & effigie, & luce pariter, quæ ab effigie promicat, illustris Tilia, & locum & Prutiam

universam illustrabit? Quid ni & me, & oculos meos, pulsâ caligine, illustrare queat? Potuit illa in Paradiso Arbor, fructu infelici protoplastos ad se pellicere, ut, etiam Deo vetante, gustarent, & apertis, inter gustandum, eorum oculis, clarum cernerent, *aperti enim sunt oculi amborum* (a) nunquid & hæc novo, præter spem, fructum quasi sæta Arbor, novum mihi patriæque paradysum reddit, & cum mihi, tum aliis plurimis visum, atque integram animi corporisque lucem restituet? Potuit Jonathæ, regio quondam juveni, *paucillum mellis*, simul ac ori & linguæ, extimoduntaxat virgæ apice fuit admotum, tantum prodelle, ut gloriabundus confestim exclamaret; *Videri ipsi quia illuminati sunt mihi oculi, eò quòd gustaverim paululum de melle isto* (b) nunquid poterit ros & succus, qui de Tilia ista, non jam dædalæâ apum industriâ in favos mellis, sed in divinarum fluentia gratiarum, operâ & arte prorsum divinâ, uti spes est, redundabit, ad meorum lucem oculorum aliquid conferre? Tum ad aurigam versus, Age, inquit; fac me ad Tiliam istam, & quam ipse vidisti, Deiparæ Imaginem, sine modo ducas. Ductus est, & simul atque manus, primum Tiliæ, tum deinde ipsi super Tiliam positæ Imagini, eodem servo ductore, admovit; subito easdem manus ad oculos convertit; conversisque ita manibus, iterum atque iterum visum quasi perungit. Credere non vacuas, sed illius ipsius, quâ Imago radiabat, lucis plenas ita fuisse redditas manus, ut etiam intra oculos eadem lux redundaret. E vestigio enim, homo lucis usuram recepit; & gaudio exultans, gratis Deo

Deip

(a) Gen. 3. 7. (b) 1. Reg. 14. 29.

Deiparæque actis, nullâ amplius ductoris ope, ad currum, inde verò domum, incolumis se recepit.

CAPUT XVII.

Etiam bruta animantes Imaginem Deiparæ Lindensis venerantur.

SI fortè aperti, ut vidimus, nobilis viri oculi, ad aper-
riendos aliorum, præsertim in vicino positorum
oculos, & cognoscendam, colendamque DEI, per
Matrem suam mira operantis, potentiam atque ma-
jestatem, non satis attulerunt, momenti; attulerunt
profectò sub illud ipsum tempus, tum oculi bellua-
rum magis, quàm hominum, aperti; tum cernui co-
ram Effigie Deiparæ, earundem belluarum poplites.
Quemadmodum enim nobilis ille vir, ita brevissi-
mo, ut ego quidem conjicio, intervallo temporis in-
terjecto, pastores quidam suo cum grege, ad eundem
locum fortuitò delati, ab ipso grege suo, quem Dei-
paræ ejusque Imagini præstare cultum & veneratio-
nem tenerentur, abundè didicerunt. Pastoribus
enim gregem hinc inde ponè sequentibus, postea-
quam pecora, carpendis intenta pascuis, ad Tiliam
propius accessère, sive aliquâ radiantis adhuc Ima-
ginis luce perstricti fuerint oculi; sive præcordia, lu-
periore aliquâ vi atque instinctu permota, subito in
genua provolvuntur; & quâ possunt, pollentque vo-
ce, DEI, DEIPARÆ, locique ipsius religiosam pro-
cumbendo majestatem profitentur. Nimirum suo
quodam modo impleri hîc oportuit illud Isaïæ (a)
*Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini
sui: nisi fortè quis, aut Jesum neget Dominum; aut
Virgi-*

(a) cap. I. 3.

Virginis Deiparæ uterum posthabeat præsepi. Neque verò insolens est, etiam brutas animantes Dei majestatem, flexis quoque poplitibus venerari, cum & hominibus, nullo fortasse alio, nisi solius naturæ, genio ductæ, debitam sæpe contestentur gratitudinem. Leo, ut refert in Prato spiritali Sophronius, ob exemptam sibi à S. Gerasimo spinam, sedulò per totam vitam eidem sancto viro servivit; & morientis morte suâ, præ mæroris acerbitate, parentavit. Simile, & aliquanto etiam notius est, quod de Androdi Leone refert ex Appione Gellius (a) Neque minus admirandum est, quod, aut de educato & in solitudine delato, à Thoante Arcade, Diacono memorat ex Democrito Lilius Giraldus libro de Ingratis, aut ex Demetrio Physico de Panthera; aut de Aspide, ex Philarcho. Quæ, si lubet, apud Cornelium, ad citatum Isaïæ locum, pluribus exposita spectari possunt. Nobis, ad rem præsentem quiddam affine, tum ex Lipsio de Diva Aspricollensi, tum ex Atlantis Mariani Idea præter jam adducta, afferre lubet. *Statua B. Virginis in Brugeriis, inquit in Atlante Petrus Possinus, prope Tolosam in agro jacuit. Hanc boves in terra proni adorârunt; quasi ejus eëtypon esse intelligerent, quam olim boves venerati sunt in stabulo. At verò Lipsius (b) aiunt, inquit, ante centum annos (& constans ita fama habet) fuisse pastorem, qui oves in eo tractu pasceret: atque is repertam, ne scio quo casu, humi Imaginem sustulit, in sinu condidit, certus eam domum secum auferre. Parva enim erat, & privato cultui videbatur opportuna. Sed dum ageratur, ecce membra eius omnia stupere; pedes utique non mo-*

(a) lib. 5. cap. 14. (b) cap. 3.

vere, & quasi frutex aut stipes ibi stare. Ipse mirari & animo quoque stupere, nec ad causam assurgere; herus autem villicus absens, requirere pastorem suum, & gregem; nam hora iam reditui lapsa, & sole remoto nox propinquabat. Itaque infortunii anxius eò accurrit: & reperit defixum stantem, & quæ gesta, simpliciter narrantem. At ille mentis melior, Imaginem statim recipit, & timidâ religione, in veteri sua sede & Quercu reponit. Eoque facto, pastor velut vinculis liberatur: & venerati uterq; Nomen, domum abeunt, rem denarrant, & viciniam totam religionis implent. Melior aliquanto conditio excepit nostros Pastores, stupore quidem animi, non tamen corporis defixos: non secus atque illos, qui B. V. in monte Serrato Imaginem conspexerunt ac venerati sunt primi. De quibus in Mariani Atlantis Idea (a) hunc in modum scribitur. *Quæ in Monte Serrato, toto celebris orbe est Imago B. V. fulgore insolito & cantu Angelico septem pastoribus, & quidem pueris indicata est. Vnde ex ore infantium per se sibi hanc laudem voluit, stabuli memor, Mater DEI Non ergo poterant illi nostri, qui pecora sua illis in pascuis, ad singularem Numinis utique venerationem ita procubuisse humi cernebant, ad tantam rei novitatem non commoveri vehementer, atque obstupescere. Mox tamen, ubi ad sese aliquantum sunt reversi, Tiliam versùs, quam pecus venerandum undique cinxerat, progrediuntur; & visâ Deiparæ, super Tiliam mirum in modum coruscante, Imagine, ipsi quoque tum gaudii tum venerationis pleni, quæ in se, quæque in grege suo, oculis animisque usurpârant, cum cæteris mortalibus, tum civita-*

(a) pag. 92.

vitati potissimum Rastenburgensi. cujus intra fines
Tilia Arbor & fundus Lindensis jam tum quoque
erat, non sine magna Numinis & Deiparæ laude,
evulgant.

C A P U T XVIII.

*Imago DEIPARÆ iterum atque iterum deportata Rastenburgum, semper
ad fundum Lindensem, & suam in Tilia sedem remigrat.*

Q UOD posteriore ævo apud Sichemium, in Aspricollensi Diva evenisse retulit citatus proximè Lipsius; multò ante apud Lindam Marianam constat evenisse. Nescio enim, quomodo pleraque, quæ apud alia D. Virgini sacra loca, Deus mira operari dignatus est, quasi aggesta & liberaliter accumulata (ut antea quoque (a) intelligi facillè potuit) Lindæ Marianæ esse voluit. Igitur sicut Aspricollensis Diva Imago, quamvis loco mota, locum deserere noluit, quod & alibi quoque non rarò evenisse, proximè audivimus (b) ita apud Lindam, loco quoque mota, majore miraculo, locum semper repetiit. Pastorum enim nuntio, & fortasse plurimorum aliorum famâ commotis in Prussia mortalibus, universos quidem Imaginem Deiparæ, ad Lindam repertæ, coram videndi, Ressellentes verò atque Rastenburgenses etiam jam habendi cupido incessit. Utrique ejusdem Divæ celeos (sicut & nunc quoque sunt) jam tum erant; illi tamen jure vicinitatis, quemadmodum hi jure municipii, pro obrinenda causa decertabant. Nam tum Ressellentes, aliquot fere passuum millibus Lindam sunt viciniore, ita Rastenburgenses propinquitatem loci

(a) cap. 5. & 16. (b) cap. 16.

loci, unius ejusdemque municipii jure compensant; ideoque jam tum causâ superiores erant. Statâ quoque circa die, ad quam plurima, vicini præsertim populi, multitudo confluerat, Rastenburgenses (qui id ævi, pietate cum quavis in Prussia civitate facile contende-
bant) totis effusi mænibus, composito supplican-
tum in morem agmine, Clero & Cleri Ductore Pa-
rocho, pro recepto ubique more, præeuntibus, ipsis quoque, ut credi par est, Ordinis Theutonici militi-
bus suo cum *Commendatore*, ut vocabant, ponè se-
quentibus, Lindam versùs, magno silentio, majore
verò pietate, & gestientium animorum sensu pro-
grediuntur. Ubi ad locum Lindæ ventum est, & jam,
tum mirabilis Tilia, tum in ipsa quoque Tilia multò
admirabilior magnæ DEI Genitricis Icon, spectari
coram potuit; omnes in genua provoluti, & quâ ta-
citis animi votis, quâ publicis insuper vocibus in
DEI, DEIPARÆQUE laudes certatim effusi, suam,
patriæque de tam præsentē propitiū Numinis bene-
ficio faustitatem, jam tum augurabantur pariter, ac
prædicabant. Atque (ut ex illa tunc Christiana Ca-
tholicaque Rastenburgensium religione divinare li-
cet) alii tibi laribusque sigillarim suis, alii toti civitati
ac municipio; alii toti Prussiæ, omnes verò Ecclesiæ
Christianæ universæ, ex illo divinitus apud se recens
aperto asylo, faustissima quæque animis præconce-
pta, singulis præ gaudio exundantibus, lacrymis-
que uberrimè fuis, quasi in perpetuum consignabant.
At verò Curio, cæteri que, qui de Clero aderant, ubi
satis populo jam per se currenti, pro concione habi-
ta admoventur insuper calcaria, Ferculum, quod ge-
stan-

standæ deportandæque Imaginis causâ magnificenti
 apparatus secum adduxerant, expediunt, & magna
 DEI parentis Imaginem, thure aliisque, pro more,
 odoramentis ante honoratam, de Tilia, magna cum
 pietate, & gaudio reverentiæ mixto levât, & Thera-
 læ quàm decentissimo ritu imponunt. Tum veterum
 Cantorum, qui aderant, chorus, cæteri que omnes
 choro præcunte, in supremi Numinis & Deiparæ
 laudes vocem attollunt; ac majore et jam, quàm ve-
 nerant, tum pietate tum exultatione, iter Rastembur-
 gum celerrimè relegunt. Quò postquam reditum est
 omnes, quâ venerant pompâ, & gaudio, ad Ædem
 sacram pergunt; Imaginem summa in Ara con-
 tuunt, & gratiis, de Thesaurò tanto non tantùm
 vento, verùm & domi jam in tuto collocato, Numi-
 ni actis, domos quisque suas, magno cum animi se-
 su, nec minore in DEUM atque Deiparam concep-
 tã fiduciã, se referunt. Verum enim verò, ut non ingra-
 ta fuit illa Rastemburgensium, in DEUM & DEAM
 Matrem pietas atque religio, locus tamen ille, in quo
 Deiparæ Icon Lindâ asportata fuit reposita, non
 que quaque gratus est visus; quippe eadem illa die
 Deiparæ Icone desertus. Nam ubi postridie
 Templum, vel solius illius Iconis spectandæ causâ
 solito est celerius concursus, nulla in Ara majori
 ubi reposita erat, nulla toto in Templo apparuit
 Imago. Omnibus vehementer ea super re attoniti
 nuntium affertur Lindâ, Imaginem Deiparæ, suam
 super Tilia sedem iteratò repetiisse: ac fortasse ex
 præsentiam, ex pecoris iteratò circum Tiliam in
 nova prolapsi veneratione, à pastoribus, aliisque,

aderant, iterum cognitam esse. Rastemburgenses ad
 eum nuntium obstupescere, neque tamen animos ad-
 huc despondere: Tanta enim pietas, tantus in Deo
 parentem cultus illo vigeat ævo Rastemburgi, cu-
 jus nunc vix ulla reperias vestigia! Majore igitur,
 quàm pridie fecerant, & animi & corporis pietate,
 supplicantium agmen iterum Lindam cogunt, Ima-
 ginemque Deiparæ ibidem repertam, ad illud idem
 Templum reducunt; atque in eadem majore Arâ,
 sed & eodem prorsus eventu, collocant. Postridie
 enim Imago, non jam Rastemburgi, sed Lindæ ite-
 rum reperta conspectaque fuit: proinde tum Ra-
 stemburgensibus, tum Resselensibus aliisque in vi-
 cino positis, alia promovendi divini cultus consilia
 animo oborta; de quibus jam agemus, ubi affine
 quiddam de Christi Crucifixi Effigie, è sacra Domo
 Lauretanâ necquidquam asportata, Turcellinum, &
 de Turcanensi Boleslaviensi ac Tungrensi B. V. Ima-
 gine Gumppenbergium, in Atlantis Mariani Idea,
 deque Brunsvicensi Orlandinum audierimus nar-
 rantes: *Fama etiam tenet, inquit Turcellinus, antiquissi-
 mam Christi crucifixi Imaginem, simul cum Domo adve-
 ctam, multiplici eodem tempore miraculo extitisse insi-
 gnem. Nam cum eam efferrî, & in sacello, ad id exornato,
 ut majore honore coleretur, reponi Recinetensibus, & Epi-
 scopo placuisset; translata subinde in sacram remigrasse
 Domum, & in suam sedem recepisse se. Itaque illos, re ne-
 quidquam sepe tentatâ, irritò demum incepto destitisse. Ac
 verò Gumppenbergius pag 78. Statua, inquit, B. Vir-
 ginis Turcanensis in Moravia prope Brunam, à pio Rustico
 in Rubo reperta est, circa annum 1050. Portata demum bis,*

bi rediit ad Rubum: tertiâ vice in domum coloni reporta, mutavit statua sententiam, & stetit; stabuli, ut puto, mator & pastorum. Accola Kyrlicenses non procul inde aram Templo designant, & fabrica necessaria; fide bona, est rusticâ, comportant, convehunt quæ. Sed his omnibus, vinâ virtute, ad rustici domum deportati, persuasum coloni calitus post non longas ratiocinationes est, ibi virginem coli velle, ubi statua (iure domicilii tertio reditu portatâ) dem fixisset, quod & factum. Neque minùs affines prioribus, quod eodem subjungit loco. Quòd et quidem, veleo quoque nomine, quod à B. V. Lindensis alumno & cliente (quippe Meelsaco, Varmie civitate oriundo) P. Andrea Schambogen Provincialis Societatis Jesu Boëmiæ Provinciali, primùm literis fuit proditum, ad Lindensem historiam referendū puto. Boleslavia Boëmiæ, inquit ille, thesaurum in agro emptum. Statua est Deipara, quam rusticus, cum aram aratro profcinderet, eruit, domumque tulit, & clausit. Postridie iterum reperta in agro est, & à rusticâ duplicatâ levitatâ, domum portata. Crediderat bonus, hanc se nunc duas ad amussim sibi similes; dum, & vacuam rireret arcam, & hanc, eam ipsam esse, quam pridie reportasset, palparet. Hoc argumentationis genere, convictum cunque colonus, tertiâ tamen vice reportavit; & verò rium etiam respondit DEUS, cui sermocinatio cum similibus est, tam piè interroganti. Deprehensum deinde collo pendulam gestare consuèssset. Metallî speciem agnoscit. Creditum est, statuam hanc, quia Regina eëtypon est, olim regius manibus tractatâ, nunc bobus rationis causâ, in terram procumbentibus, adoratam.

Sacellum Lindense erigitur & Tilia illi inclusa.

dem postulare opulentiozem. Itaque divites plebis, adibus
coloni dirutis, Eadem Virgini struxere in agro, quam sibi
hodie que gratam esse, portentis probat. Quid, quod Tun-
grensis in Hannonia statua ter ad eundem itidem lo-
cum divinitus reportata, Templum eodem loco, B.
Virgini struendum perluaferit? Audi rem ex eadem
Atlantis Mariani Idea. S. Maternus, à Christo ad portas
urbis Naim à morte suscitatus, & matri restitutus, ideoque
Maternus dictus; à S. Petro creditur missus in partes septen-
trionales, & apud Tungros, primam posuisse statuam B.
Virgini, & primum Templum. Statua, quæ hodie à Tungris
colitur, sive illa, sive alia sit, mediâ post mediam noctem ho-
râ, inter splendores & concentus caelestes, ab Angelis in
hortum cuiusdam nobilis ter deportata, denique persuasit,
ut crederetur, ibi se velle sedem figere, & coli. Pluribus
de eadem Valrandus Caoult apud Fridericû Forne-
rû in Palma triumphali lib. 5. c. 25. Affine est, quod ea-
dem Atlantis Idea ex Octav. Pancirollo pag. 37. re-
fert: Imago B. Virginis ab Illustrissimo Frangipane, olim ex
Oriente allata, hodie S. Maria Nova dicitur. Fabrica can-
sâ, aliò portata, suâ sponte rediit. Credo, in S. Petri hono-
rem, qui eo loco preces in calum misit, ut è calo in terram
affligeretur Simon Magus. Denique Orlandinus ad An-
ni M. DLXXXIV. Annales: Hanc, inquit, Imaginem, an-
nis antè sexcentis Eques nobilis, dum silvestres agitât fe-
ras, invenit. Ea imposta erat trunco arboris per vetusto.
Non tulit pius eques in occultis eam silvis, sine honore late-
re. Ablatam ex ignobili legimus, deportari insit in ades:
sed non diu illa, à suis sedibus abesse voluit. Postridie ad
eundem Truncum arboris reperitur. Cumq; semel atq; ite-
rum, unde ablata fuerat, revertisset, rei miraculo vir no-
bilis excitatus, Virginum cenobium in in locis instruxit.



CAPUT XIX.

Imagini DEIPARÆ Lindam sepius repenti, sacellum, de piorum munificentia structum, & Tilia, tum ramis & frondibus, tum umbra et jam mysticâ admirabilis, sacelli muris inclusa.

TOt, & tantis providentiæ voluntatisque divini indiciis, cum planè cognitum perspectumque omnibus esset, dignum DEO ac Deiparâ, in oblata divinitus Imagine, cultum non alio, quàm Lindenli loco esse promovendum; nemo jam de transportanda aliò Imagine, omnes verò de rationibus stabilendi eo loco divini cultus, cogitationem suscipere, que aliis alia apud se versantibus, illud denique omnium suffragiorum calculis stetit; ut, quemadmodum Imaginem segregari à loco nefas jam esset, & Imago simul & Tilia, sacello quàm primum cuncto, undique cingeretur. Ita tum decretum, ita tum moram opere ipso, quod constitutum fuerat, est profectum. Crediderim piorum subsidio ac munificentia opus stitisse; qui enim aliunde census obveniensendi? præsertim, cum illo ævo, aut omnes plurimas in Prussia Ecclesias, nonnisi de piorum liberalitate structas esse, argumento sit illa ipsa, Deiparæ Gedani, uti diximus, sacra, omniumque aliorum facilè princeps, ideoque verè appellanda *Basilica*. Præterquam enim, quod Eberhardus Böticher in manuscripto Basilicæ illius commentario, quem appellavit *Reiū indicem*, ex variis Indulgentiarum ad promovendam fabricam datarum, concessis sigillorumque diplomatis, id palàm adstruat, tempus insuper sancti integri, quod ob eleemosynarum sensim corrogatorum moram, fabricæ impendi oportuit, id ipsum

det. Quemadmodum enim supra Adytum sive *sacri-*
stiam Ecclesie, aureis scriptum cernimus literis, Anno
 Domini M CCCXLIII. feriâ quartâ post Latare, positus est
 primus lapis muri civitatis Dantzæ; & postea, proximâ fe-
 ria, positus est primus Lapis muri B.V. Mariae; cuius dedica-
 tio celebrabitur Dominica proxima post festum Mariae Na-
 tivitatis. Sive autem primus ille Lapis Turri duntaxat
 Templi, sive priori Deiparæ Templo (cujus post-
 modum loco major Basilica non nisi circiter Annum
 M. cccc. cæpta, & M. dccc. perfecta, quo ad V. Cal.
 Sextiles quartâ à meridie horâ, ultimo fornici supre-
 ma imposita est manus) subjectus fuerit, constat
 opus illud magnificum, à magnifica pietatis Catho-
 licæ, quæ tum Gedani eximie regnabat, liberalitate
 partim inchoatum, partim absolutum esse; ut vix
 aliud de censibus atque impendiis, sub idem fere
 tempus, in sacellum Deiparæ Lindensis collatis sta-
 tui posse videatur. Et, ut fortasse Rastemburgensium,
 tum jura, tum pietas atque munificentia, in funda-
 mentis toroquæ sacelli opere struendo, primas te-
 nuerit; minimè tamen inficias iverim Resselensium
 quoque, uti & aliorum juxta positorum, haud conte-
 mnendas accessisse symbolas: Fratibus Theutonicis,
 uti illo ævo iis mos fuit, tum Ideam operi suggeren-
 tibus, tum operas ad maturandam fabricam dirigen-
 tibus. Quadrata operi figura, alterâ parte longior de-
 lecta ac data est, ita ut longitudo quidem cubitos vi-
 cenos, latitudo verò terdenos circiter obtineret: sic
 uti è vetustis, quæ etjamnum supersunt, & sacellum
 postliminio superstructum commodè sustentant,
 fundamentis cuius intueri licet. Illud eo in opere

proflum singulare, ac miraculo proximum semper
 fuit visum, quod ductis in sublime, ut par erat, muris
 tectum aut non potuerit, aut non fuerit necesse su-
 pernè claudi. Ipsa enim Tilia, quæ medio fere sacelli
 loco (ubi nunc quoque pavementum, ad rei memo-
 riam, quasi in collem exurgit) relicta, & muris undè
 que fuit cincta; ramis ac frondibus in altum late
 sis, mutuumque densissimè ita implexis, ut nusquam
 pervadere imbrium guttæ, aut perpluere possent,
 tuis aut magnæ partis tecti vicem subiit. Et est
 amænum sanè, nec minùs rarum spectaculum, non
 modò Tiliam, hibernâ juxta ac æstivâ tempestate
 enniter vigentem ac virentem, verùm & totam
 morum, frondiam, ac foliorum quasi majestatem
 supra Ædem semper diffusam intueri, ut jam
 multum videatur habere, unde Majolus Tom.
 Colloq. II. scribendo gloriatur. *Vidimus apud Roma-
 nam in litore Adriatici maris Templum, cui D. Maria
 runda, ob circularem formam, nomen est, cum antea
 set Theodorici Gothorum Regis sepulchrum latissime
 tens. Mirandum, omne illud Templum, unico saxo tegi
 cuius ambitus est supra pedes centum, crassities supra
 cem, ut latius saxum nemo in Europa vidisse putetur.
 quidem verò fides Herodoto lib. 2. habenda, In
 gypto unicum saxum, per singula quatuor latera
 bitis 40. latum, intus excilum, per se unum esse
 Templum, manente parietum ac tecti, in excavit
 illo saxo crassitie cubitorum quatuor: uti inter
 mirorum num. 22. Pontanus refert. Neque mi-
 grata erat ipsa Tiliæ umbra, quæ, quò major ac
 fior ab opaco frondium implexu descendebat*

peregrinis, & ad refrigerium quietemque aptior, & ad excitandam in praesidio patrocinioque Mariano spem ac fiduciam erat utilior. Quotus enim quisque, Tiliae Marianae umbram beneficioque dum fruere, non simul erigebat animum, ad illius, quod à DEO per Deiparam jam acceperat, vel accepturum se certo sperabat, praesidii, protectionisque umbram? Quis non in ea umbra, vel tacitus apud animum suum illud (a) sibi occinebat, *sub umbra illius, quem desideraveram, sed; & fructus eius dulcis gutturi meo?* Quae enim haec alia umbra, quam illa, de qua divinus ad Deiparam nuntius (b) *Spiritus Sanctus*, inquit, *superveniet in Te, & virtus Altissimi obumbrabit Tibi? Quia enim illa, ut S. Ildefonsus serm. 4. de Annunt. ait, meruit virtute Altissimi obumbrari, nos meremur eius precibus adiuvari.* Nimirum, uti sponsae aliae, sub ipsum desponsationis tempus, conopaeo sive pallio, aut id genus Sponsi sui umbraculo solebant regi (uti id Cornelius loc. cit. non tantum è Ruth 3. 9. Ezech. 16. 8. verum & ex Euripide demonstrat) ita magnae DEI Matri, *virtus Altissimi obumbravit.* Praeclare S. Gregorius apud eundem Cornelium, *Umbra, inquit, Christi, protectio est Spiritus Sancti: Spiritus quippe Sanctus mentem, quam replet, obumbrat; quia omnem tentationum fervorem temperat: & dum auram suae inspirationis mentem suaviter tangit, quidquid noxii caloris sustinebat, expellit: & quam iam forsitan nimius vitiorum aestus marcidam fecerat, umbra Sancti Spiritus protegens recreat: ut dum in eius inspiratione sedens pausat, vires colligat, quibus ad aeternam vitam robustius currat.* Si igitur Socrati, quemadmodum à Platon

G 4

tone

(a) Cant. 2. 3. (b) Luc. 1.

tone in Phædro inducitur, sub Platano disputant, licuit gloriari. *Hæc Platanus, est admodum parulis diffusis ramis & proceris; & altitudo opacitasque perpulchra similitudinem & amena: quidni licuerit, & adhuc cuivis sub Tiliæ Marianæ umbra sedenti, liceat & altitudinem, & opacitatem, & pulchritudinem, & amœnitatem, & istiusmodi sexcenta, in ejusdem Tiliæ prædicare umbra? Si licuit, quemadmodum libuit, Xerxi Regi, & proceram in Lydiæ solitudine Platanum, teste Æliano (a) castra tanto referra exercitu, nullâ postulante necessitate, ponere, & solido ibidem die exacto, triplicem juxta ac preciosum ex ea suspendere ornamentum; torquibus & armillis ramos frondesque ornare; denique & curatorem ei, custodemque ac propugnatorem, tanquam amasiæ, relinquere: quidni liceat, Tiliæ Marianæ aliquid sive ornamentum, sive venerationis adjicere? nisi fortè aliqui expectent, Themistocles iis pro merito occinat, quòd ingruescente pluviam ad platanos recurrant, quas tamen, reddita serenitate, insectentur ac vellicent. Ego, ut Olao Magnino (b) facile annuerim, Templum Upsaliense, & aurum, quo erat magnificentissimè inductum, Lacedæmonensi sacello dirius, vel etjam augustius, potuisse accipi; tamen ob ingentem ignoti generis arborem Templi illius foribus adstantem, & perinde hinc ac ætate florentem, nihil omnino præ perpetua Tiliæ Marianæ viriditate, amplitudine, & quâdam, quæ supra naturæ vim, eximiâ majestate, concesserim: tantum abest, ut Arboribus, uti Tertullian. c. 9. Apolog. loquitur, Templorum obumbratricibus, in comparatione*

(a) lib. 2. cap. 14. (b) lib. 3. histor.

Tilia Marianæ, aliquis esse posset locus. Quò enim magis profana erant Idolorum fana, eò quoque magis profanæ erant fanorum illorum obumbratrices arbores; quantumvis Lyfiæ Oratori, pro exciso istiusmodi obumbratricis oleæ trunco, integrâ fuerit oratione dimicandum: quali tamen dimicatione, magno Christi militi S. Martino, cùm Pinum, quæ fano erat proxima, excidisset, minimè opuserat, uti Severus Sulpitius cap. 10. vitæ perceret. Cæterùm Deipara cùm alibi ubique sit *Arbor vitæ*, tum apud suam Lindam singulariter atque eximiè est Arbor obumbratrix. *Arbor est MARIA* (inquit Richardus à S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virg.) *propter virorem virginitalis, humorem gratiæ, medullam pietatis, folia sacrorum verborum, frondes bonorum operum, flores sanctorum desideriorum, fructum unigeniti DEI: umbram protectionis, refrigerium illorum, qui malè exestuant; radicem humilitatis fidei, & charitatis, celsitudinem spei, & eminentiam contemplationis.* Unde, non longè ab eo loco, *In MARIA*, inquit, *veluti in horto condenso, & umbroso, invenitur umbra propitiationis.* Sed & olim jam, Ecclesiâ Græcâ in Menæis teste (a) *Beatissimus prophetantium chorus Montem ac Portam appellavit Obumbratricem.* Quos inter Prophetas, meritò illud Isaïæ de umbra in horologio Achaz Regi Ezechîæ datum (b) jure censuerimus; qui vel uni S. Joanni Baptistæ (ut Robertus à Crypta Minerva in Itinerario quoque observavit) adhuc in utero matris posito, plus ab hac umbra virginea scimus obvenisse beneficii, atque remediï,

G 5

(a) apud VVagnereck. num. 34. πύλην τε καὶ ὄρεα καὶ τείχος. (b) 4. Reg. 20.

medii, quàm vel sperare unquam, etiam à Galbano suo veteres, Plinio lib. 2. 4. cap. 50. teste potuerint. Hoc nimirum verè erat, & nunc est, ad Græcorum sensum, *in umbra nutrir* (a) melius utique, quàm vel

— *Parnassia Laurus*

Parva sub ingenti matris se subicit umbra (b) vel ipsi Jovi Chaoniæ Silvæ Quercus, dum à Rheæ editus esset, umbraculo fuerit, ideo quæ Jovi deinceps sacra ac dicata Callimacho authore fuerit. Hic denique multo æquius, quàm apud Platanum, Academicorum Mediolanensium symbolum, lemma adicias, *obumbrat, & recreat* (c)

CAPUT XX.

Variis piorum donis & Anathematis, Linda Mariana religio jam olim, & nunc illustrata.

NON desunt plurimi, qui Tiliæ Marianæ (multo quàm fuerit, vel esse unquam potuerit Xerxi Platanus, augustiori ac diviniori) Torques, armillas, & id genus, ex argento, auro, gemmisque donaria, quæ coram spectari possunt, dent, dedicent, ac consecrent. Neque dubium est, quin anterioribus seculis, quibus Linda Mariana floruit, multò etiam plurimò ac locupletiora fuerint, quæ hæreticus furor, excisâ Lindâ immani sacrilegio abstulit. Si qui tamen mortalium dicere ex animo cum Principe Apostolorum (d) possunt: *Argentum & aurum non est mihi; possunt cum eodem adjicere: Quod autem habeo, hoc tibi do.* Quod quidem, si non voce, certè opere ipso pronun-

(a) *οὐκ ἀλλοτρίως*. (b) *Georg. 2.* (c) *Athen. Kircherus Tomo 2. Oedipi classe 1. cap. 2.* (d) *Act. 3. 6.*

nuntiant, quotquot locum lacrum indies frequen-
 tant: non ignari illius, quod Theodoretus lib. 8. de
 curand. Græc. affect. scriptum reliquit: *Gratissimè ac-
 cipit eorum Dominus, qualiacunq; sint dona; nec exigua aut
 vilia dedignatur; quippe, qui ea proferentis facultate meti-
 tur.* Alii igitur pauperē illam (a) viduam, *æra minuta in
 gazophylacium mittentem* imitari, unum, aut plures ter-
 uncios offerunt; ditioribus interim non tam pro fa-
 cultate, quàm pro voluntate, paulò liberaliùs agenti-
 bus. Alii plerumque cereos, candelarum, vel corolla-
 rum in morem effictos, offerunt; ut vel in candelis
 accensis, inflammatarum in Deum ac Deiparam stu-
 dium; vel in corollis, devota se Deo Deiparæque ca-
 pita esse profiteantur. Alii grandiores cereos, totius
 alicujus familiæ, vel vici, vel oppidi nomine succen-
 dunt; ut vel acceptorum à Deo per Deiparam bene-
 ficiorum memoriam & gratitudinem, vel minimè
 dubiam impetrandorum spem fiduciamque testen-
 tur. Alii fittas de cera artuum variorum, hominum-
 que insuper integrorum, vel etjam animantium æ-
 diumvè effigies appendunt; ut, quæ jam accepissent,
 quævè etjamnum poscerent ac sperarent, à Deo
 Deiparæque beneficia, recognoscant. Neque alius
 eorum sensus est, qui de argento varios humani cor-
 poris artus, vel votivas, & arte, ad elegantiam pieta-
 temque exactas tabellas; vel de ebore, pariové lapi-
 de, Christi; vel Deiparæ Imagines faberrimè effictas,
 vel etjam fufas ex auro, argento, atque ære statuas ef-
 figiesvè dedicant. Quas quidem inter statuas, princi-
 pem locum occupat, duos propè cubitos longa, &
 ex arg.

(a) Marci 12.

ex argento egregiè laborata Deiparæ statua ; quam
 M. DC. LIV. anno R. P. Jacobus Marquard Societatis
 Jesu) primùm Sigismundo III. Regi, deinde ipsius
 Tiliæ Serenissimæ Annæ Catharinæ Constantiæ,
 Philippo Wilhelmo Duci Neoburgico Rhenique
 Palatino nuptæ, à sacris Confessionibus) de piorum
 eleëmofynis curatam, ipse jam ætate gravior attulit
 Deiparam, uti diximus, statua refert, Puerum Jesum
 sinistro brachio, dextrâ verò manu, sceptrum ge-
 stantem; & tanquam cæli terræque Reginam, caput
 diademate inaurato, quali & Filius coronatus est,
 præcinctam. Insistit quadratæ ex ebena sedi, tan-
 quam suppedaneo; quod argenteis suo loco floribus,
 ad artem elegantiamque factis, & inter atrum ebena
 colorem nitidissimè gratissimeq; candicantibus, pul-
 cherrimè ornatum est. Ne quid porrò, ad majesta-
 tem aut decorem operi deesset, quâ curâ, quâ precio
 succurrit Patris Jacobi Germanus frater, Perillustris
 & Admodum Reverendus Dominus Georgius
 Marquard, Custos & Canonicus Varmiensis; ut hoc
 ipso anno, statuæ argentei undique radii, quemad-
 modum & capiti jam aliàs diademate cincto, stellæ
 duodecim, diadematis instar, in orbem recurrentes,
 adderentur. Idem ipse Custos ac Canonicus Varmi-
 ensis, cum eodem fere tempore, annuam, pro more,
 pietateque suâ ad locum sacrum peregrinationem
 abiret, Christi de Cruce pendentis, & Deiparæ ac
 Joannis Apostoli juxta Crucem adstantium sigilla,
 ex ebore faberrimè sculpta, nuper Sigismundo Regi
 indelictis habita, Deiparæ Lindensi dedicavit. Pro-
 ximum locum statua itidem Deiparæ ex ebore facta

& r

& radiis argenteis auro illiris cincta, uti & alia ex patrio lapide, pretio & magnitudine longè inferiores quippe, quæ pedem geometricum longitudine vix superent; sed ab arte & sculptoris manu longè superiores. Utraque à R. P. Andrea Klinger Societatis Jesu, cum Serenissimo Joanni Alberto, Poloniae & Sueciae Principi, ac S. R. E. Cardinali à sacro esse Tribunali (uti nuper fuit Serenissimo Carolo Ferdinando, Poloniae itidem ac Sueciae Principi, Plorensi ac Uratislaviensi Episcopo) jam antè dedicata. Longam esset, ac perdifficile, singula aliorum donaria per censere, nedum pro merito exornare; aliqua tamen, suis praesertim locis, praeterire nefas fuerit. Si enim Fridericus Fornerus ea, quæ D. Virgini Weyerensi donata sunt, paulò fusiùs deducit; si Turfellinus quovis seorsim libro, quid de summorum Pontificum aliorumque tum Ecclesiastici tum civilis ordinis Principum liberalitate, Lauretanæ Domui accesserit, accuratè, ut sanè par erat, percenset: ne nobis quidem praeterenda erant quàm plurima, nisi vel operis brevitatis aliud posceret; vel quædam suis memoranda locis superessent; vel denique eorum, qui donantium nomina haud satis diligenter in album redegerunt, oscitantia, nos etiam currentes retardaret. Quædam tamen praeteriri minimè debet. Quod à Joanne Lamshefft, Oecono primùm, deinde etiam Canonico Varmiensis curatum ac dicatum, in omnium versatur oculis, sacra videlicet, Divinae Eucharistiae Theca, ac divinum veri *Salomonis ferculum*, Monstrantiam vulgo appellant. Ex argento, suis partibus inaurato opus est, artis juxta ac majestatis plenum,

num,

num, & ad ulus DEI, nobiscum in terra commoran-
tis, quoddam quasi Tabernaculum, non incommo-
dum Epigramma operi hujusmodi additum:

*Vni, ter immenso, Desideriorum Pelago;
Ad ostium Misericordiarum Virginem
Eucharisticon deposuit
Ioannes Lamsheffe Can. Oecon. Varmien.*

1648.

Ab eodem quoque est tum ex solido argento
Thuribulum præclari operis; tum Calix argenteus
auro illitus, à pondere juxta & ab arte, paucis com-
parandus: cui infra pedem Inscriptio addita:

*DEO, Trino & Vni, summo rerum Creatori,
Magna Matri, & Virgini, Domina Clementissima
Ac sacello sacra Tiliadicto, ejusdem nomini consecrat
Calicem hunc, unà cum Patena,
Offert, dedicat, & consecrat,
Ioannes Lamsheffe, Can. & Oecon. Varmiensis,
Anno M.DC.XLIV.*

Cæterùm plurimi sunt, qui vel paria prioribus do-
na afferunt, vel, si id non possint, vario tamen religio-
nis cultu, ac supplicantium ritu, interna pertolvant
animorum suorum vota; quæ quidem, uti prioribus
illis sunt, & esse debent, augustiora, ita & nunc, & (si
prioribus olim seculis (quid enim nunc rituum
cæremoniarum, quod illis non vigerit temporibus
Catholica usurpat religio?) nemo dubitat fuisse
frequentata. De quibus jam sigillatim restat disse-
rendum, sumpto à peregrinationibus exordio.

CAPIT

CAPUT XXI.

Deiparâ Lindenfis, populorum et jam longissimè distitorum, Peregrinationibus, semper culta ac honorata.

Nulla fuit unquam populi Christiani natio, quæ, simulatque Christum agnovit, non agnoverit singularia DEI beneficia, certis apud se, vel haud longè distitis ab se locis, abundè mortalibus conferri solita; atque idcirco eadem illa loca, singulari pietate, & institutis sæpe peregrinationibus non coluerit, ac frequentârit: præsertim cùm peregrinationum exempla tum in lege naturæ (a) Abraham & Isaac (b) Jacob, aliisque; tum in lege scripta Deut. 16. 16. uti & 1. Reg. 10. 3. Joan. 4. 21. Joan. 12. 12. Act. 8. 27. tum denique in lege gratiæ Christus ejusque parentes Luc. 2. 41. Paulus Apostolus Act. 20. 16. nobis suppeditent. *Neque hoc dicimus* (juvat enim D. Hieronymum (c) in præsentè causa audire perorantem) quod renuamus Regnum DEI intra nos esse, & sanctos viros etiam esse in aliis regionibus: sed quod hoc asseramus, vel maxime eos, qui in toto orbe sunt primi huc (videlicet in Palæstinam, & ad sacra in Palæstina loca) pariter congregari: &c. Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat: divisus ab orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo sole dimisso, querit locum, famâ sibi tantum & scripturarum relatione notum. Quid referamus Armenos, quid Persas, &c. Pluribus de Hierosolymitana, aliisque peregrinationibus, idem Hieronymus epist. 154. uti & in Epitaphio Paulæ; & præfatione in lib. 4. Comment. Jerem. Sicut & de antiquissima omniumque cele;

(a) Gen. 22. (b) Gen. 28. (c) epist. 178

celeberrima, ad Limina Apostolorum, peregrinatione Chrylostomus hom. 66. ad populum; & hom. 12. in epist. ad Rom. & hom. 8. in epist. ad Ephes. Augustinus item, ut alios mittamus, serm. 28. de Sanctis, & epist. 42. Posteaquam igitur & Prussia Christum agnovit, agnovit pariter intra suos quoque fines, variis DEO destinata loca, quibus singulares dispensantur mortalibus gratiæ atque beneficia: quæ quidem loca, jam inde ab ipso fidei Christianæ ortu, magno hominum numero, nec minore pietate ac religione culta sunt. Non est opus percensere eas Ædes atque loca, quæ tum in Regia, tum in Episcopali, ut vocant Prussia, singularibus DEI beneficiis aut miraculis redundant, vel olim, priusquam illos divinatorum beneficiorum fontes ingratiſſima obstruxisset hæresis, at fatim redundarunt; qualia potissimum fuerunt. Gerdani ad S. Elisabethæ; Elbingæ ad S. Georgii; Neuburgi & alibi ad alios, Gloraviæ ad venerabile sacramentum, Travendorff ad S. Annam; quin, nec quoque, quæ intra eos fines, quibus Prussia Ducatus circumſcribitur, referri necesse est, ut in Quednau ad S. Jacobi; juxta Labiau ad S. Jodoci: cum plurima sint, quæ ad ipsa propè Regiomonti pomeria referuntur; & , vel ab ipso Prædicante Mislenta, non sine adſperſis eloquentiæ prædicantiæ flosculis (a) in Manuali Prutenico referantur. Supputârat ille eoque tempore, quo Romana in Prussia religio, ad summum vigorem & quasi apicem, sub Vinrico Knorode, Generali Theutonicorum Magistro percipiebatur, ideoque ad loca peregrinationibus illustrata,

(a) pag. 6. a.

Regiomonto propinqua delatus, ita scribit. In Arnau
 (villa est, leucâ unâ Orientem versus Regiomonto
 distita) olim Templum erat, D. Catharina consecraneum;
 quod etiam peregrinationes institui solebant: ut & ad simu-
 lachrum B. Mariae in Iergenau, & post ad idem, ex Ierge-
 nau translatum in Canobium S. S. Trinitati dicatum, & in
 loco Rikojoth extinctum. In vico Mulhusen olim Templum
 ob indulgentias & peregrinationes creberrimas, erat cele-
 bre; eum in finem impetrato diplomate Papali, operâ studio,
 & impendiis Danielis à Kunheim senioris Anno 1492.
 Quemadmodum autem prædictum Diploma, quan-
 quam ab undecim Cardinalibus manu & sigillis mu-
 nitum, alter Prædicans Hennebergerus, suggillat, &
 pro suo scilicet more, Nassam, qua Clerus Ecclesiæ
 Rom. pecuniam captarit, appellat; ita in deprædican-
 do alia ex causa & celebrando Mulhusino Templo,
 Sociennum Myslentam habet. Quæ verò illa tandem
 causa alia? Quia nimirum, filia ipsius Lutheri, cuidam
 nobili (cujus nomini parcendum est) olim nupta, un-
 cum quinque liberis in eo sepulta fuerit. Quæ etiam
 de cania, beatum prædicant Regiomontum, quod in
 Palæopolitano illius Templo Joannes, major natu
 Lutheri filius, tumulatus sit. Hæc scilicet Prædican-
 tum est beatitudo, si exactis ejectisque sanctorum
 (4) Lipsanis aut imaginibus, spuria, eorundem loco, de
 incestu cadavera serventur & colantur; ne, ut est in
 proverbio, non habeant similes labra lactucas. Cæterum
 Occidentem versus, plus aliquantò duobus passuum
 millibus Regiomonto abest villa Judenburch nun-
 cupata; in qua, iisdem testibus, Templum Deiparæ
 Virgini sacrum, peregrinationibus etiam exterorum

ita celebre fuit, ut vel ex ipsa Geldria Dux Carolus
 quatuor millium exercitu stipatus, voti solvendi cau-
 sa, ad eam Deiparæ ædem, temporibus Conradi
 Jungingen Magni Ordinis Magistri, advenerit. Inde
 quatuor circiter leucis distat celeberrima quondam
 urbi alias meminimus, S. Adalberti inclyti eo loco
 Martyrio Ædes, peregrinationum frequentia supra
 hæcenus memoratas admodum celebris. Hæc enim
 ut ipse quoque Myslenta scribit, *Generales Cruiciger-
 rum Magistri concedendo, unâ cum spectatissimo comite
 & Episcopo Fischhausensi. Indulgentias impetrare, sup-
 ra annis circa festum Mich. elis, in more positum habere*
 uti hoc ipsum historia de Ludouico von Erlingsham
 Prussia Archimagistro, Anno 1463. comprobat: & alia
 Henrico von Nichtenbergh Prussia Magistro, de Erl-
 do von Neichenstein/ Commendatore Regiomontani
 quatuordecim integros annos, telum chalybeum ab hosti
 certamine capiti inflictum circumportavit, donec per
 ti partem putrefactam egressum reperiret. Quod com-
 moratus Commendator, honori S. Adalberti consecra-
 catenula argentea Imagini S. Adalberti, unâ cum insig-
 niis suis gentilitiis, in perpetuam rei memoriam appen-
 ditur id ipsum hodiernis temporibus dicto in loco.

Sed inter omnia tum miraculis beneficiisque
 vinis, tum peregrinationibus inclyta per Prussia
 loca, nullus illo jam ævo, Lindâ Marianâ illustri-
 fuit. Nam & ille ipse Albertus Brandenburgicus,
 gistorum universi Ordinis Theutonici in Prussia
 postremus, & primus deinceps in eadem Prussia
 parte Dux, priusquam religiosâ cum veste, in Prussia
 quoque Religionem Catholicam exiit, ab ipso

que Regiomontana urbe, Lindam duodecim inde leucas minimum distitam, pedes, quin & nudipes ab- soluisse fertur. De quo non modò Ciaritius (a) ve- rùm & Sectarius Mislenia, Hennebergerum suum secutus, ita memorat. *Remissio omnis culpa & pœna spon- debatur, peregrinationem ad Tiliam, in campo prope Bei- slak, suscipientibus. Hinc Dux Prussia Albertus, adhuc in Papatu tenebris cœspitans, pedester, & quod maius est, nu- diu pedibus, ad Tiliam illam, Regiomonto peregrinatio- nem suscepisse legitur.* Hujuscemodi peregrinationes multo fortasse plures & illustriores, etiam hoc tem- pore, ad Lindam Marianam fiunt. Vix aliquos in to- to Varmieni Episcopatu, paucos omnino in reliqua Prussia invenies, qui non aliquando locum sacrum re- referint; non paucos verò, qui non sæpius intra an- num quoque revisant. Ita pietas in magnam DEI Matrem, altissimas hic radices agit! ita nemo non maternum à Deipara vel experitur, vel expectat sub- sidium! sed & ad vicinos cis & trans Episcopatum populos, tum illius, de qua egimus pietatis populo- rum, tum etiam maximorum & mirorum DEI Ma- tris beneficiorum exempla, longè late quæ diffusa, dis- junctissimis sæpe ex oris peregrinos attrahit. Neque enim juxta positæ in Malovia, Podlachia, Litvania, Poloniavè nationes duntaxat, verùm & à Germania, plurimis quæ illius provinciis, non pauci mortales, eodem receptum habent. Nos ipsi currente anno spectavimus, qui tum Vilnâ, tum ex ipsa quoque U- kraina, voto iis locis ad Deiparam Lindensem facto, Lindæ adfuerunt. Singulare illud videri potest, quod

H 2

supe-

(a) pag. A. 4.

superiore Anni M. DC. LIV. æstate, ipso Deiparæ
 Elisabetham visitantis festo, plurimi oculis, pauci an-
 mis usurpare potuerunt. Decem erant matronæ no-
 bili & illustri loco, partim è Lublinensi Palatinatu
 partim è remotioribus trans Lublinum partibus,
 habitu & victu, ne agnoscerentur, mendicabulo
 assumpto, nec non itinere per tanta gentium, ter-
 rumque discrimina, pedibus confecto. Ita se factu
 voverant, si incolumes è Tartarorum Cosacorum
 que manibus evasissent. Barbaris enim illis, le-
 dum fædus ad Zborowo cum Polonis ictum, & innumeros
 quaverlum sævissimè grassantibus, & innumeros
 servitute mortales agentibus, istæ, quæ nusquam
 habere receptum poterant, cum de miris maxime
 que Deiparæ Lindensis jam ante edoctæ fuissent
 neficiis, eò sibi factis votis receptura aperuerunt
 paruit sanè; omnes enim Deiparæ ope incolumem
 mnes eidem se voti reas, apud Lindam non sine
 enixissimè gratiis, uti diximus, stiterunt. Fere
 idem ferè tempus, qui non tam suâ sponte quam
 jore quadam vi, atque imperio adactus, ex ultra
 Poloniâ, Lindam usque peregrinationem sustulit
 Immani se, & proflum infando cum belluis
 polluerat; quoad tandem jussu Deiparæ non sine
 flagellis cæsus, ubi spem frugis melioris ad
 Lindam utque expiandi sceleris causâ remissus
 Neque illud potest non admodum videri
 quòd ii quoque, qui in vicino Prussiæ Ducatu
 clesia Catholica, proinde & à communione
 que sanctorum, per Lutheri emissarios distra-
 vultique sunt, à Deipara tamen Lindensi hono-

da, & quando licet, et jam visitandâ, avelli nunquam potuerint. Nam præter illa quæ ab Excidio Lindæ ad usque sacelli restorationem evenisse libro proximo dicemus, illud hîc universim dicendum; vix aliquod est tempus, quo non aliqui, simul ac tantillum à jugo Prædicantium respirare, & quâ licet, perumpere Lindam usque possunt, læti alacresque continuo advolent. Quod cum non ignorent plerumque ipsi Prædicantes, quid non moliuntur, ut vel iter obstruant? vel, cum id non succedit, in miseram plebem, tam impotenti obnoxiam tyrannidi, conceptum animo evomant virus? Jam ipsi, quâ privatim, quâ publica concione, verbis, minus & omni caninâ eloquentiâ detonare; jam viros nobiles, quorum in ditione ovium Christi mandras lupi invaluerunt, jam præfectos arcium, oppidorum villarumque tentare, sollicitare, & in vindictam, tanti scilicet facinoris, impellere. Et evenit nonnunquam, ut malitiâ suâ aliorum accendant sive avaritiam sive stultitiam; & per homines, quandoque minimè malos, malè tamen deceptos, subjectas iisdem plebes, minis, vinculis, verberibus, aut etiam depenso multæ nomine ære graviter depectant. Neque tamen vel ita pessimè iniquissimeque multatis, eripi pietatis in DEI Matrem aut fiducia potest. De quibus suo loco: nunc illud vel innuisse juverit; inter eos, qui Catholicæ sint Ecclesiæ foventur, non vulgus duntaxat, aut minorum subfelliorum homines, verùm Principes quoque ipsos, Lindam, ad magnæ DEI Parentis matrem profus sinum non rarò recurrere. De aliis, erit suus dicendi locus. Te verò, magnæ Polonorum Sue-

H 3

cerum-

corumque Rex, JOANNO CASIMIRE, solum hic tibi locus vendicat. Tu tantam belli, simul & in perduelles Colaccos, & in perpetuos ad hanc diem Reip. hostes Tartaros, & in perfidos ac barbaros semper Moschos molem, non sine nuncupato ad DEIPARAM LINDENSEM voto auspiciatus es. Et quidem, ut eventus jam docet, non infeliciter. Nam & Tartaros, citra gladium & sanguinem, maximo Tuo, Regni Tui, & universæ Christianæ Reip. commo modo, ad Tuas Reipub. partes jam adjunxisti. Et tum Colaccos, tum Moschos, Deiparæ, ut crepar est, ope, militumque Tuorum singulari virtute, ad eas redegisti incitas, ut spes non minus omnibus affulgeat, brevi Te, & votorum tuorum compotem, futurum, & factorum ad Deiparam Lindensem quemadmodum jam aliàs fecisti, compariturum reum. Hærent enim adhuc impressa apud Lindam pietatis vestigiæ Tuæ, cum Princeps, è peregrinatione apud exteros tandem peractâ, Peregrinationem, quam Deiparæ Lindensi addixeras, mentem jam spectante, felicissimè in patriam redux, abloisti. Superi Te, exercitusque Tuos fortunent, ut promissam hanc alteram, quàm fortunatissimè celerissimeque absolvas.

CAPUT XXII.

Deipara Lindensis, publicis variarum in Prussia civitatum, vicinarum Prussia populorum, supplicationibus ac processionibus, semper culta.

Quantum militi cohors, exercitusve cohorti dicit, tantundem publica supplicantium agmina Processiones, vulgò dicimus, addunt privatis ho-

num peregrinationibus. Et quid, quæso, videri aliud possunt, conferta illa, ac pulcherrimo ordine procedentia supplicantium agmina, quàm vel Exercitus composito agmine progredientes; vel examina apum, ad legendum fingendumque mel effusa? Nam & *Regnum calorum vim pati*, tanquam ab exercitibus oppugnatum, scimus; & pios hominum cætus mellificis cælesti addictos atque intentos, non ignoramus. Quæ autem, aut unde cælo vis inferri major potest, quàm cum non jam unus aliquis ac solitarius, sed integri quodammodo exercitus cælo manus admovet, juxta Pauli (a) disciplinam, *levantes puras in oratione manus*? vel ubi divinum illud mellificum provenire uberius potest, quàm ubi ipsum Tiliæ nomen, rore & succo abundantis melleo, divinæ rorem gratiæ, in mortales per Deiparam effundi solitæ, præ se ferre, aut potius exhibere ultro videtur? Atque hinc illa, à primo religionis Christianæ in Prussia exortu, cum ad alia nonnulla loca, tum ad Lindam Marianam frequentia: ut vel inde, Romanæ in Prussia religionis summum quasi apicem, paulò antè citatus Prædicans Myslenta dimetiatur. Sic enim (b) scribit: *Processiones insuper pompâ Persicâ ornata, nec non frequentia Magnatum, & caterorum, tam ex primoribus, quàm ex vulgo concurrentium, crebriores in usu fuisse deprehenduntur.* Ac ne fortè alicui ex vano, uti hominibus istiusmodi mos & natura est, hoc quoque hausisse videatur, producit in medium ultimæ Processionis pompam, quæ, paulò antè, quàm Quintum Lutheri Prædicantiumque Evangelium, quasi quoddam Aleæ signum ex urbe

H 4

(a) 1. Timoth. 2. 8. (b) pag. c. 3.

urbe personuisset, Catholico ritu Regiomonti fuit instituta. Javat eam hoc loco, quasi coram intueri, & ex ea una de reliquis, proinde & de Catholicæ pietate ac magnificentia Ecclesiæ, sumere argumenta. Regiomonti quidem (inquit ille citato loco) Processionis ritus hunc in modum institui solebat, qualis ex Processione Anni 1519. conspicitur; institutâ die Veneris ante medium Jejunii Quadragesimæ. Intererant tunc pompa illi duo Episcopi, Pomesaniensis Jacobus von Dobeneck / & Georgius von Polenz Episcopus Sambiensis: Marchio Albertus Dux Prussia, tum temporis adhuc Magister Crucigerorum supremus; Marchio V Vilhelmus, Alberti Ducis frater; Ernestus vel Ericus Dux Brunsvicensis. Initium Processioni institutum erat, in Templo Cathedrali Cneiphoviano; ex quo progressus factus est in Templum Palaopolitanum; inde in Templum Divo Nicolao sacrum in Lithostrato seu prætorio Palaopolitano situm; porro in Templum Divæ Magdalene quod esse jam desit; situm fuerat propè arcem, ubi locorum Moneta nunc cuditur. Hinc in Templum S. S. Crucis, quod etiam profanatum ac conflandis tormentis aeneis, machinisq; bellicis destinatum, pro portam Crucis nuncupatam. Inde in Templum D. Barbara postea in Templum Monialium, B. Mariae sacrum, quod diequæ extat in Xenodochio; Ex hoc in Templum Spiritus Sancti, quod hodie in usus factorum & Lanionum cessavit veteri oppido, prope portam Lobnicensem, visitur. Denique regressus inde institutus erat in Templum summum seu Cathedrali Cneiphovianum; ubi etiam actui coronis erat posita. Eadem memorat Hennebergerus (a) & Johannes Behm oratione I. seculari, sive Jubilæâ Acad.

(a) pag. 212.

miæ Regiomontanæ. (a) Gratia debentur Prædicantibus, qui tam eximium Catholicæ in Prussia religionis, vel inviti nobis monumentum, sartum tectum reliquerunt. Ex eo quippe, facile quivis colligat, quæ, & quales, tum Regiomonti, tum alibi, tum præcipuè ad Lindam Marianam olim semper viguerint Proceffiones. Ego quidem, qui hoc tempore, propè quotidianas, sæpè etiam plures intra unum diem concurrentes intueor; video tibi illam, quæ primis Ecclesiæ seculis, per universum orbem Christianum lucebat, pietatem, quin & magnificentiam intueri. S. Paulinus Antistes Nolanus, virtute juxta ac doctrinâ clarissimus, & cum aliis sanctis Ecclesiæ Patribus, tum Hieronymo potissimum atque Augustino, summè sapissime quæ laudatus, eas, quæ quotannis ad S. Felicem Nolanum fiebant, supplicationes atque proceffiones, tanquam oculatus testis, natalitiis aliquot Poëmaris ita depinxit, ut in illis hodiernarum quoque Lindenſium videatur relucere imago. Natali Tertio hunc in modum canit.

*Nec modus est populis coëuntibus agmine denſo,
Nec requies. Properant in lucem à nocte, diemque
Expectare piget; votis avidis mora noctis
Rumpitur, & noctem flammis funalis vincunt.
Stipatam multis unam iuvat urbibus urbem
Cernere; tot que uno compulsæ examina voto.*

Et quid horum, quæſo, in plerisque ad B. V. Lindenſem supplicationibus desideres? Num *Agmina densa*? Atqui sæpè evenit, ut non facellum modò, sed & areas sacello vicinas, & lucos populi repleant.

H s

Num

(a) pag. B. 10

Num Populos sine modo & requie coëuntes? Atqui hebdomada nulla, quin & dies, toto anno, maximè verò æstate, vix ulla intercurrit; quin Linda aliquos habeat visitatores; ita, ut cum fortasse ad S. Felicem Nolanum unâ duntaxat aliquâ, Natali videlicet ipsius die, per annum fieret; ad B. V. Lindenlem plurimis, sed maximè festis ipsius B. V. diebus, toto anno fiat. Num Moras noctis, quâ votis avidis, quâ flammis & funalibus vincentes mortales? Atqui, ut majoribus minimum Deiparæ festis aut supplicationibus, non duntaxat Cereorum flammulis, verùm & noctes, accensis per areas lucosque ignibus collucent. Num vobem unam multâ stipatam urbibus? Atqui plures simul pagos, interdum & civitates, diversissimis ex locis, intra eandem diem simul coëuntes, ac sese mutuè stipantes, quin & è sacello & vicinâ sacello arca, protrudentes, magna cum admiratione sæpe licet intueri. Num denique uno impulsâ examina voto? sicut ad sanctorum aliorum Memorias, certè ad Tiliam Marianam convolantes populos, tanquam quædam Apum examina, æstimare atque appellare fas est. Neque enim sic ad ullam Tiliam, melle, aut rore succo, vè melleo turgentem, apes ut mel colligant, quàm Marianam Tiliam populi, ut cælestium mella gratum sugant, atque intra suarum ædium oppidorum quasi alveos recondant, uno planè voto, convolant solent. Nam, ut cum eodem S. Paulino, Natali octavo vo canamus:

*Omni namq, die, testes sumus, undique crebris
Cetibus, aut sanos gratanter reddere vota;
Aut egros Varias petere, ac ambire medelas.*

CAPU

CAPUT XXIII.

Recensentur sigillatim villa, civitates & populi, qui statas quotannis Processiones ad B.V.Lindensem obire solent.

Non satis erat Diyo Paulino confertam populorum multitudinem ad S. Felicem Nolam confluentem, celebrasse, nisi & populos ipsos, ita confluentes sigillatim percensuisset. Sic enim Natali tertio accepimus canentem:

*Lucani coeunt populi; coit Appula pubes,
Et Calabria, & cuncti quos alluit aestus uterque;
Qui levâ & dextra Latium circumsonat unda,
Ipsaque caelestum sacris Procerum, monumentis
Roma Petro Pauloque potens, rarefcere gaudet
Huius honore DEI; portaq; ex ore Capena
Millia profundens ad amica mania Nol.:*

Neque nobis quocirca satis fuerit, tot & tantarum fecisse Processionum memoriam, nisi quarundam (quis enim omnes ad amissim percenscat) aut censum, aut memoriam refricemus.

Primas sibi vere vindicat civitas Resselensis, quæ sicut Lindæ Marianæ, præ cæteris, vicinior est, ita Processionum annuarum frequentiam nulli primas cedit. Quaternas minimum, Resselenses universi intra annum faciunt supplicationes, & quidem omnes ferè ex publico conceptas voto. *Prima* alteram, ut vocant, *Rogationum feriam* occupat; qua pro more, atque Catholicæ instituto Ecclesiæ, satis & seienti jam factæ ac futuræ, clementior aura, & divina de celo benignitas, publicis ubique precibus imploratur non secus atque sub Annum Domini 452. à S.
Manjer.

Mamerco Viennensium in Gallia Episcopo, partim ad terræ motus, partim ad ferocium in urbe luporum incurfus, partim denique ad subterraneorum eruptiones ignium avertendas, triduanæ ante Domini Ascensionem supplicationes fuerunt institutæ; quemadmodum S. Avitus illius successor, & Sidonius Apollinaris (a) testantur. Altera Resselensium supplicatio instituitur, Dominicâ Festum Visitationis B. V. proximè consequente. Cùm enim illo tempore, Deiparam ad *Montana cum festinatione abeuntem*, plerique alii, qui sub id tempus Lindam publicas adorant Processiones, imitari satagant, aut etiam quædam tenus, comitari; ne Resselenses quidem. in eorûga Deiparam sive officio, sive pietate, publico itidem omnium voto firmatâ, eripi sibi palmam sinunt. Tertia ad VIII. Cal. Aug. ipso videlicet D. Jacobi Apostoli festo, quo publicæ supremo Numini aguntur gratiæ, ob servatam à præsentem incendio civitatem. Anno enim Domini M. DC. XLI. subitum juxta ac vehementer exortum incendium, in audita propè celeritate ac depasci civitatem cepit; ut, vento flammæ, carbonum quin & torres & grandia tigna quaquaversum præstante, ratio ac modus sistendi ignis nullus esset. Jam platea arcem inter ac prætorium interjecta quemadmodum & suburbium, piscaria platea, & ceterum in cineres telederat domicilio Societatis in medio sito, atq; octies flammam concipiente, suppellectili, quæ intra pomarium, domui ortum versus subiectum, jactata erat, ignibus haustâ. Ratio denique sistendi mali, omnibus unica apud Deiparam Linden

(a) lib. 5. epist. 148

sem occurrit. Simul igitur ac votum annuz in eum diem supplicationis nuncupatum est, omnis simul ignis extinctus: Resselensium vero ad Deiparam Lindensem pietas, tantò magis est accensa. *Quarta* denique, instituitur postridie Assumptæ in cælum Virginis, quâ ob servatam à pestilenti lue civitatem, gratiæ itidem referuntur DEO. Duodenæ circiter familiæ intra civitatem erant, quæ id temporis votum annuz peregrinationis Deiparæ Lindensi nuncuparât, & continuo, ab omni immunes periculo evasêre. Ergo primùm illi ipsi, qui voverant, eorumque posteri, paulò verò post, universa civitas, commune DEI ac Deiparæ beneficium, communi supplicatione profiteri ac celebrare aggressa, et jamnum perseverat. Neque his contenti Resselenses, quandoque plures extra ordinem adjiciunt Processiones, quemadmodum hoc, quo isthæc scribimus, & superiore anno fecêre. Nam superiore quidem anno, cùm epidemicalues, in vicinis quoque Ducatus locis fædè grassaretur, Resselenses factâ citra moram supplicatione, quasi meliorem de Tilia Mariana succum, pro antidoto sumplissent, à præsentissimo jam periculo exempti fuerunt. Hoc verò quinquagesimo quinto seculi istius anno, quod & alias pari eventu factum, agris & satis nimio Syrii æstu ac siccitate prope exarescentibus, quasi sub Marianæ Umbram Tiliæ, pro more, le receperunt, breviq̃ intervallo, opportunos de cælo imbres nacti sunt. Atque hæc Resselenses universi: jam verò ii, qui suburbium, vulgo, *Piscaria plate*, dictum, colunt, seorsim insuper Tertia Pentecostes feriâ, publicam quotannis instituunt processionem.

nem;

nem ; qua ob depulsam ab se pestilentis auræ luem, supremo Numini & Deiparæ gratias agunt. Triginta circiter inde abierunt anni, cum Resselium totum, illa populata est laes, ut ad dictum quoque pervaserit suburbium. Hic de præfecti vici illius consilio omnes annuam Deiparæ vovent peregrinationem, & simul ac voverant, voti compotes effecti, perpetui grati animi memoria atque processione beneficium recolunt.

Resselienibus proximi sunt *Bisteinenses*; oppidum quippe, vix tribus Linda, Resselio autem duabus abest leucis: illi proinde Resselienium vestigia ponunt legunt. Quovis enim anno, proximâ à festo Pentecostes Dominicâ, quæ sanctissimæ Trinitati est dicata, sub meridiem domo egressi, numeroso juxta, & ad modestiam pietatemque composito rite agmine, sub vesperam ingrediuntur Resselium; precibusque in Templo Societatis aliquamdiu fufis, quieti se, in vicina plerumque villa *Rotaven* dicta, componunt; primaque postridie luce, iter Lindam pari modestiâ pietate prosequuntur. Tamen si verò aliorum quoque omnium, qui Lindam frequentant, pietas ipso quæ vultu facile se prodat, singulare tamen quiddam Bisteniensibus relucet, velut quidam earum supplicationum fructus. Palàm est, ejus oppidi cives, comessationibus antehac, ebrietatibus, & quæ inde sequuntur, rixis, pugnis, atque cædibus, supra cæteros prope infames habitos; adeo ut Illustrissimus Antistes Nicolaus Sayszkowski ante annos circiter unum deviginti, necesse habuerit iis, qui cultrum in alium strinxisset (cultris enim potissimum inter pocula cetera

tabatur) exilii subhaftationisque pœnam infligere. At illi simul ac supplicationes ejuscemodi; annuas obire, Patrumque Collegii Reffelienſis operâ ad frugem ſe recipere cœperunt, jam cum quavis vicinarum civitatum, de honeſtate, de modeſtia ac pietate facile videntur poſſe contendere.

Bisburgenſes quoque, qui quatuor, *Seeburgenſes*, qui quinque, & *Vartemburgenſes*, qui ſex itineris leucas Lindam, uſque habent, ferè circa Deiparæ Eliſabetham viſitantis feſtum, ſtatas quovis anno ſupplicationes obeunt. Quæ, quò ſunt longinquioreſ, & quâ itinerum, qua tempeſtatum incommodis magis obnoxia, eò magis pietatem, civitatibus illis quaſi inſitam, conteſtantur. Quibus de cauſis etjam *Allenſteinenſium*, municipum meorum, religio & conſtantia magis videtur prædicanda; quòd, cum octo minimum leucas itineris emetiri Lindam uſque debeant, nullo tamen anno, ſemel cœptas, & ſemper magna cum pietate obitas Processiones omittant. Quorum, ut eſt inſignis religio, ita, quæ religionem adjuvat & ornat, Muſices canendi que peritia, tum domi, tum in hiſce ſupplicantium choriſ, facile palmam cæteris præripit. Quod quidem ſuperiore anno etjam inde patuit, quando agmini Lindam proximè ſuccedenti, Deiparæ Virginis laudes, quæ Lauretanis continentur Litaniiſ, virgineâ voce nubilis jam virgo, toto agmine accinente, patriâ linguâ, nec minima arte juxta ac ſuavitate, præcinuit.

Civitatum exempla ſequuntur adjunctæ civitatibus villa. &, quæ Lindæ vicinioreſ ſunt, etjam præeunt. Eſi verò necdum conſtet, quam ſibi ſinguli ſixerint

xerint

xerint statam in anno diem, reperio tamen in com-
mentariolis circa 1640. & proximè currentes an-
nos, Aprili mense suo defungi solitos itinere *Wor-*
placenses, & Klausdorffenses: Majo verò *Glockstein-*
ses, Santoppenses & Plausenses: Junio *Wuslacen-*
ses, Sturmbublenses, Heinersdorffenses, Plesenses, Kivvit-
ses, Schulenses ac Lautrenses; Julio *Kellenses & Cras-*
senses. Plures alii potuissent consignari, si ii quib-
consignandi provincia fuerat commissa, paulò acc-
ratus munere suo fuissent defuncti: quippe & cu-
sas tum supplicationum, tum votorum supplicati-
nes antevententium oportuisset perquiri ac signa-
De solis interim *Wuslacen-* illud proditum e-
Epidemica lue (quam majorem vocant pestem) ubi
que grassante, votum Deiparæ Lindensi in Templo
omnes nuncuparunt, & è Templo progressi, sub
ante Christi è Cruce pendentis effigiem id ipsi
confirmarunt. Auditi sunt de cælo, ideoque voti
& beneficii divini memores, quod voverant, quo-
anno exequuntur. *Klausdorffenses* quoque ac eorum
vicini *Worplacenses*, ultro fatentur, jam inde
avorum abavorumque memoria, supplicationes
suas voto firmatas, & supra centum jam annos, in
feria quinta Dominicam Paschatis proximè com-
quente, ab se frequentatas. Causam verò perpetua
istius voti fuisse, incendium ope Deiparæ Lindensi
ad quam trepidi recurrerant, subito extinctum tum
& dictum diem, quam possunt, festivissimam, &
omni opere servili eximiam, ducunt. Similis
Munchsdorffensium pietas, qui sexta, & *Santopp-*
sum, eidemque Paræciæ adjunctorum, qui secum

Fest
ne è
(qu
tem
lent
ann
S
ann
pari
tunt
cum,
ris e
nicis
mine
subin
Quo
quã
facer
quã
Cath
quot
N
Deip
na, c
gni P
ciis, q
præf
quin &
dem C
quatu
per m
Fest

Festum Corporis Domini consequente feriâ , agmine è tota villa coacto, supplices præcedunt; & vorum (quod ad avertendas aëris tempestates, quæ hoc tempore, maxima cum latorum noxa, grassari solent, ipsorum majores dudum ante fecerant) quovis anno prosequuntur.

Sunt præterea aliæ civitates, quæ etsi non quovis anno, frequentius tamen intra annos non multos, paria prioribus supplicantium agmina Lindam mittunt: quas inter sunt *Heilsberga*, *Gutstadium*, *Meelsacum*, *Vormditum* & *Brunsb erga*; quæ quidem uti cæteris est remotior (sedecim quippe milliaribus Prutenicis abest Linda) ita rarius coacto simul omnium agmine accedit; accedit tamen quasi per sparsos, quos subinde quovis anno submittit, suorum manipulos. Quod & *Trauburgum*, & *Iolkemitum*, aliquanto quàm *Brunsb erga* remotiores, pari solent religione facere. Sed & *Regiomontum*, & *Elbinga*, & *Gedanum*, quanquam paucos, prælectatiorum turbâ numerent Catholicos, tamen, pro eo numero, non paucos quotannis Lindam expediunt.

Neque verò solius *Varmia* aut *Prussia* finibus, Deiparæ Lindensis, per publica supplicantium agmina, cultores continentur. Sunt & in amplissimis Regni *Polonia*, & Magni Ducatus *Litvania* provinciis, qui necdum quidem annuas, frequentes tamen, præsertim è *Masovia* & *Podlachia* peregrinationes, quin & Processiones instituunt. Et è *Masovia* quidem *Chorzelenenses*, qui quindecim, & *Prasnisienses*, qui quatuor insuper leucas absunt Lindâ, frequentissimè per manipulos, interdum verò etiam coacto omni-

um aut plurimorum agmine, supplices accedunt
Colnenses quoque, & alii, haud procul *Lanz. à*, *Lindam*
 verò viginti circiter leucas distiti, frequentes adesse
 quorannis solent: insuper hoc anno, pro ipso *Visitacionis*
B. V. die, *VVanosenses*, & haud longè ab iis positi
Gantcondzenses magno numero, & agmine in mare
 rem supplicantium composito, adfuerunt. Quorum
 omnium eò magis est & laudanda & admiranda pietas
 ac religio, quòd maximam itineris partem, ipsa
 quasi aduersariorum castra, per Prædicantes, & secta-
 riorum in Ducatu dominantium, conficere, & non rarò
 eorundem sannis ac opprobriis saturari necesse habeant.
 Verùm hæc gravatè opprobria & sannas impiorum
 ac perferunt, qui ad cælestis gratiæ rorem & amoris
 siam, quam *Tilia Mariana* affatim suppeditat, in
 pectore animoque anhelant.

Verùm hoc loco, piaculi instar videri possit. *SI*
 studiosam *Collegii Resseliensis* juventutem taciti per-
 terierimus, quippe cui non annua, sed Mensis
Lindam Marianam supplicatio est. Quovis enim
 mense, die remissioni animorum datâ, & Vacantibus
 quod ajunt, sacra, ad signum primâ luce dari solent
 quasi provolantes de suis alveolis apes è vestigiis
 sunt; & in classium suarum ordines tributi, præ-
 dente cum *Deiparæ* effigie *Labaro*, progressum
Lauretanarum carmine *Litaniarum* exorti, quæ
 animosâ juxta ac dulci vocem modulatione per-
 xunt, alia insuper atque alia, in *DEI* & *Deiparæ*
 des carmina, toto decurrunt itinere. Tum silvâ
Lindæ proximam lucumque ingressi, & ad voces
 (a)

nentium non tam respondentis quam ludentis, & ludendo calidos juventæ spiritus irritantis Echo, sibilis, ad novum modulandi æstum succensî, quò fiunt sacro loco propinquiores, eò lætioribus dulcioribusque perfonant modulis: quoad tandem ad ipsam Deiparæ Adem delati, tanquam innoxia, mellis tamen avida, apum examina, Tiliam suam cælesti rore ac melle gravidam nacti; inter sacrum Missæ sacrificium, & harmonicos Musicorum concentus, rorem cælestem ac mella legunt; quibus deinceps intra animorum suorum quasi cellas reconditis, ad DEI & Deiparæ amorem, cultum ac religionem, totâ nutrantur foveantur que vitâ.

CAPUT XXIV.

Variis, & supplicandi rationes ac modi, quibus Deipara Lindensis olim culta, & nunc, ad Ecclesie veteris exempla colitur.

Spiritus, & solennes ad Deiparam Lindensem supplicantium ceremoniæ, perinde possent calamo & oratione pingi, atque in se oculis spectantium sunt gratæ; magnam sanè huic narrationi, & pietate, quam spirant, & varietate sua gratiam adferrent. Si enim, iplo teste Christo Domino (a) *Gaudium est Angelis, super uno peccatore penitentiam agente; quidni jucundum sit, tum iisdem Angelis, tum etiam hominibus spectaculum, non unum duntaxat, sed tot pænitentiam agentes, & quod agunt, tot ac talibus modis profiteantes, intueri? sive igitur composito agmine procedentium, sive peregrinorum, aliorumve Lindam accedentium, ritus intuearis, videbis principio pleros-*

I 2

(a) Luc. 15.

plerosque, accensis præire cereis, & illa ceræ ardenti
 luce palàm contestari, duritiem cordis per peccat
 quondam prope faxeam, DEI Deiparæque ope non
 tantùm ad instar ceræ emollitam, ac ad DEI nutum
 flexilem; verum & Spiritus sancti igne accensam, in
 in se ardere, ut etiam bonæ conversationis luce, om
 nibus, qui spectant, occasionem det *glorificandi Pa
 trem qui in cælis est* (b) Quod si fortasse necdum
 qui faciunt, facturos tamen confidunt; & accen
 face, quàm manu præferunt spondent, ac quod
 quasi modo in manum conveniunt. Iam quid est
 cum S. Gregorio (c) loquamur) quod opus nostrum,
 ita faciendum est, ne uideatur: & tamen ut debeat
 ri, præcipitur: nisi quod ea, quæ agimus, & occultata
 sunt, ne ipsi laudemur; & tamen ostendenda sunt, ut la
 udem cœlestis Patris augeamus? Nam cum nos iustitiam
 stram, coram hominibus facere Dominus prohiberet,
 adiunxit, ut uideamini ab eis; & cum rursus uidentibus
 hominibus bona opera nostra præciperet, protinus suble
 ut glorificent Patrem uestrum, qui in cælis est. Qualiter
 tur uidenda essent, uel qualiter non uidenda, ex senten
 tiâ sine monstravit: quatenus operantis mens, opus suum
 propter se uideri non quereret; & tamen hoc, propter
 lestis Patris gloriam non calaret. Atque hinc, simp
 rudioris plebeculæ desideriiis, anxie ententis,
 quos gestant cereos, omnium in sacra comburatur
 Æde, conniveri debet. Tamen enim Dominus
 non munerum, quæ offeruntur, molem, sed tamen
 spectet & acceptet sentia, vulgi tamen simplicitate

(b) Matth. 5. (c) 3. parte pastoral. ad mon. 6.

se plus existimat placere Deo, quò plus, etiam de aspectabili illo candelarum luce, ad DEI gloriam promit: nisi fortassè aliqui per illam cereorum suorum lucem, eo magis Catholicæ fidei, quam profiterentur, splendorem, promicare apud Lindam Marianâ uelint; quo densiores Lindam, in uicino Ducatu, excipiunt hæreseon sectarumque tenebræ.

Iam uerò alios quoque uideris, accensos cereos, aliavè munuscula, manibus præferentes, uel maiorem sacelli Arcam, uel ipsum Sacellum, ter ut minimum, circuire; fortasse non immemores repetitarum per septem dies, circa Urbem Iericho, (a) processionum. Neque enim quibusdam, aut pro asperitate pravitateque morum, teneriorem, aut pro peccandi astuetudine uitiorumque usu infirmiorum Ierichunta, nomine reque ipsâ quaravis Lunæ mutabilitatem referentem, hostis ille generis humani, in animo quasi à fundamentis erexit; ut non nisi frequente circuitu, & ui, quasi per uarios astultus, admotâ, infelices illi Ierichuntis muri, subruui ac funditus evertiqueant. Neque illud minùs frequens, aut minùs iucundum spectaculum est, quando plerique non modò de geniculis nixi, circum Aram sacelli, uel ipsum quoque sacellum, iterum ac sæpius reptant; uel aliquam itineris Lindensis partem, præsertim cum uiciniores Lindæ fiunt, geniculis reptando absolunt, & quod primæ Christianorum Ecclesiæ in more positum fuisse legimus, exemplo, & re ipsâ probent. Nam & *Genicationes*, cum Tertulliano (b) ac Hieronymo; (c) & *populum ingeniculantem*

13

adorare,

(a) Iosue 6. (b) ad scapulã c. 4. (c) in c. 3. ad Eph.

adorare, cum Prospero (a) & cum citato jam Ter-
tulliano aduersus Iudæos, genibus positus, & manibus
cadentibus pectus, & facie humi volutatâ, orationem
commendari, quavis propè die, apud Lindam Marianam
nam spectamus. Cæterum uti *Geniculatio*nes usitate,
quæ affixis certo loco genibus fiunt, communes aliis
locis sunt; ita, quibus circa Aram uel ipsam Ædem
reptatur, Lindæ Marianæ singulares ac propriæ, et
admodum paucis uidentur communes; perinde
que uita, quæ secundum Rupertum, geniculatio-
bus figuratur, tum Christianis tum gentilibus com-
munis est: at uita, ad uirtutem & legem diuinæ et-
ernæ, admodum est singularis, & in paucis se offert
spectanda. In uita ea super re, Ruperti ipsius sapien-
tissimam adducere contemplationem. In utro, in-
quit ille (b) nos ita natura formauit, ut genua genuis
posita sint; unde & à genis genua dicuntur. Ibi enim
herent sibi, & cognata sunt oculis lacrimarum indicia
& misericordia. Deniq; complicatū aiunt signi forma-
u hominem, ita ut genua sursum sint, quibus oculi forma-
tur, ut cavi fiant ac reconditi. Inde est, quod homines
dum se ad genua prosternunt, statim lacrimantur. Vnde
enim natura, nos maternum memorare uterum ubi con-
sistebamus in tenebris, antequam ueniremus ad lucem. Pro-
pterea, qui causam istam diligenter attendit, ille scienter
& rationabiliter laudat & approbat, sanctum & eruditum
cogitationibus familiare esse, genua frequentius excelsis
DEO curvare, & genas lacrimosas genibus curuis applica-
re; ut respiciat ac cogitet Creator habitans in excelsis

(a) p. I. cap. 14. de predict. Dei (b) lib. 6. ad cap. 1.
Cantic.

qualiter nos in utero formavit. Quo loco, cum multa Rupertus eruditè iuxta ac piè, tum illud ad causam nostram accommodè dixit, uidelicet, *sanctus & eruditus cogitationibus familiare esse, genua frequentius excelso curvare DEO*: quia id non modò Stephanus (b) Petrus (c) Paulus (d) uerùm etiam & Christus (e) & Salomon (f) & Daniel (g) fecerunt. Præ cæteris tamen Sanctis, maximè id familiare S. Iacobo Apostolo, qui *Frater Domini*, appellatus est, fuisse memòrant; cui ex frequenti geniculatione, genua callum instar Cameli, obduxerunt, quemadmodum S. Hieronymus in Catalogo de scriptoribus Eccles. prodicit. Quia & Frontem, si S. Chrysostomo hom. 5. in Matth. credimus, habuit Callosam, eò quod illam inter orandum prostratus, assiduò terræ affigeret. Denique & S. Bartholomæus, teste Ribadenerra in uita, & S. Martha, S. Antonino teste, centies per diem, & centies per noctem flexis genibus invocabat & adorabat DEVM. *Hic modus ac ritus* (videlicet de geniculis adorandi) ait P. Georgius Schererus (h) ita quondam apud Catholicos fuit in usu, ut frequentius geniculando magna in excavatis marmoribus foramina, quòd meis oculis sæpè uidi reliquerint. Neque hoc mirum, cum & gutta cavet lapidem, & formicæ, in petris viæ vestigia relinquunt.

Quale uerò, & quàm uerè ad ueteris Ecclesiæ usum affiné illud spectaculum, quando plerique, non genibus duntaxat nixi, sed totò corpore humi prostrati,

I 4

strati,

(b) Act. 7. (c) Act. 9. 4. (d) Act. 20. & 21. 5. (e) Luc. 22. 41. (f) 3. Reg. 8. (g) cap. 6. (h) Concione 7^a contra Aliorum.

strari, cum Christo Domino, *in faciem suam procedendo*, (b) ipsi quoque, ut Tertullianum iam loquentem audivimus, *Facie humili uoluta* oravit; uerum & cum eodem Domino Crucifixo, manibus atque toto corpore, in morem Crucis terræ quasi affixus, ad instar Apostoli Pauli (c) *Christo configuntur Crucifixo* & non tantum spiritu, uerum & corpore quadammodo Crucifixo conformantur. Quod dum faciunt, non iam uerbis, sed, (quemadmodum Nistenus loquentem Apostolum inducit) opere ipso, *Clamant nullam in se affectionem humanam uivere; non fastidium, non timiditatem, non uoluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non iniuriarum memoriam, non inuidiam, non uindictam, non avaritiam, honoris aut gloriæ cupiditatem: sed, his omnibus abrasis, solus ille superest, qui nihil est horum; qui est ipsa sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumen, & ueritas; qui pascitur in Liliis in splendoribus sanctorum.* Manus enim in modum crucis expandendo representant in te illam, uti Tertullianus lib. de Oratione (e) appellat, *Citharam diuinam in Cruce Modulationem.* Nos uerò, inquit ille, non tollimus tantum manus, sed etiam expandimus; & diuinam Passionem modulantes, confitemur Christo. Putat etiam Cerda, doctissimus Tertulliani aliorumque interpretum; illum, eam in Modulatione alludere, & ad modum, quo extenti sumus; & ad Musicas chordas societate adsonantes: quasi extensus Christus Chorda una, & extensus Christianus Chorda altera; atque ita gratissima utrinque fiat Modulatio.

(b) *Matth. 26. 39.* (c) *Gal. 2. 19.* (d) *hom. 31. Cant.* (e) *cap. 11.*

quo fortasse etiam orandi ritu, ut & à Crucis myste-
rio Christi que Passione Christiani olim (eodem
Cerdâ, testem Alitelmom de laude Virginitatis, ad
caput 16. Apologotici Tertulliani adducenté) *Crucio-*
la dicti fuerunt. Nunquid & nostros istos jure quis
Cruciolas appellarit?

Ad extremum, ne illa quidem apud B. V. Lin-
densem desiderari possunt spectacula, quæ apud S.
Felicem Nolanum spectari solita, S. Paulinus (b)
hunc in modum memorat.

*Cernere sæpè iuvat, uarijs spectacula formis,
Mira salutantum, & sibi quaque accommoda votis
Poscentum. Videas etiam de rure colonos
Non solum gremio sua pignora ferre paterno,
Sed pecora ægra manu sæpè introducere secum,
Et Sancto, quasi conspicuo, mandare licenter
Moxq; datam sua confisos ad vota medelam,
Expertogaudere Deo, & iam credere sana,
Et uerè plerumq; brevi sanata sub ipso
Limine, læta suis iumenta reducere tectis.*

Non, inquam, hæc apud Lindam omnia deside-
rantur. Nam & uariis efficta formis anathemata ac
donaria offerri, jam ante memoravimus, & non co-
lonos modò, uerùm & alios majores meliorum que
subselliorum homines, sua offerre pignora, aut, quos
pignorum loco habent, amicos, Deo ac Deiparæ
commendare, quotidie propè spectamus. Inter alia
uerò omnia frequentissimè licet intueri Pecora ægra
adduci, & circum Ædiculæ parietes circumduci;
magnâ etiam sectariorum erga Deiparam Linden-
sem

I 5

(a) cap. II. (b) Natali 6.

sem fiducia; nec minore commodo suo ut alias dicendum erit. Interim preteriri hoc loco non debet, quod hac ipsa die, atque adeo eadem, qua hæc scribimus, horam spectavimus. Hieronymus Mitzka, Schistensis oppidi inquilinus, equum paullo ante habuit morbo ita afflictum, ut ne pabulum quidem carpere, tantum abest, ut operas hero præstare aliquas posset. Concepit herus ad Deiparam Lindenensem uotum, & equum, si revaluisset, apud Lindam stitutum promissit; continuo equus revaluit, & herus quanquam lutherana castra secutus non tantum equum hodie Deiparæ stitit, ac circa ipsius ædem, pro more, ter circumegit. Uerum & ex cera anathema Resselii emptum, Deiparæ obtulit.

Ad extremum, quidquid in Atlantis Marianæ Idea pag. 46. de B. Virginis cultu quo ad modum percessetur, id apud Lindam Marianam non auribus modo, uerum & oculis usurpari potest. Quibus iuramentum addideris, quæ pietate juxta atque gloria maximam duo Principes hisce temporibus ediderunt, Maximilianus S. R. I. septemvir, & Joannes Casimirus Poloniæ Succiciæque Rex: ille paucis ante obitum autographam proprio sanguine conscriptam nemini mortalium conscio, clam in Æde Oetinganâ ad altarem occultavit; quâ se Divæ Virgini Peccatorem ipse scripsit, devovit: iste uerò Voto Calendis Aprilis Annæ M. D. LVI. Leopoli ad summam Aram, suorum omnium Regni sui Ordinum nomine palam nunciato, felicissimo nomine, Deiparam Virginem Poloniæ REGINAM dixit.

CAPU

CAPUT XXV.

Gratia ſanitarum, aliq. beneficia, qua ſupplices apud B. V. Lindenſem, in corpore, rebusq. exteris, cumulatè ſolent auferre.

Talia ac tanta ſupplicantium officia, majoribus longè muneribus ac beneficiis divinitus compenſantur, ut uerè de B. V. Lindenſi cani illud poſſit, quod de Sichemiſi (a) cecinit juſtus Lipſius.

Perge calame, perge laudes Virginis diffundere.

Illius qua peperit ſervatorem gentium;

Illius, qua pergit Orbi dare, donare munera.

Sanat agros animi, sanat agros etiam corporis

Quàm benigna in his uolensq. quàm potens & efficax,

Vu uideri? uideris noſtra, ſed mentè affer & fidem:

Illam pronam, & iſtam promptam.

Neque minus uerè ulurpari etiam poſſet, quod de B. V. Lauretanâ (b) Turſellinus aſſeruit: nam, loci religio ſanis corporibus, mentis ferè ſanitatem; aque, etiam morborum curationem impertit. Quocirca iam ea, quæ corporis ſunt, principio attingamus. Vix eſt ulla corporis, aut rerum ad uſum corporis requiſitarum calamitas, quæ non ſuam apud Tiliam Marianam reperit Panaceam, & quaſi confectum de rore aut ſucco Tiliæ, alexipharmacum. Uerè enim de illa canit in Menæis 19. Martii Eccleſia Græca: *Tu Divinum protuliſti VERBUM, quod per Te, in omni neceſſitate cultores tuos ſeruat.* (c) Ipſa, quæ toto Sacello uiſuntur, anathemata ac donaria, quid aliud ſunt, quàm ærumna-

(a) cap. 2. (b) lib. 1. cap. 2. (c) θεὸν γὰρ λόγον
ἐκκοφόμενος, τὸν διὰ σε, ρυαίμενον πάσης ἀνάγκης, τῶς
τιμῶν ἰας σε.

ærumnarum morborumque ope Virginis depulso-
rum monumenta? Ordiamur ab ipso corporis hu-
mani uertice. Spectari adhuc possunt, uel in se iam
evoluti, uel sacculis indusi, capitis humani crines, seu
potius contorta conglomerataque inexplicabiles in
nodos capillitia. Ea uerò indicant non paucis san-
mortalibus illius generis morbos; qui sunt aliis po-
pulis terè ignoti, ita in Poloniâ, hoc est in partibus
Poloniæ, quæ sibi Russiæ appellationem jam olim
uendicarunt, plerumque orti, ac sædum in more
grassantes, Medicis quidem *Plica Polonica*; uulgò au-
tem *Gozdziec* uocari solent. Insolens, admodum
grave, nec minùs uarium ac multiplex mali generis
cui necdum tantâ Medentium industriâ, quæ certè
profuit reperta sunt remedia: Principio artus om-
nes, ac potissimum nervos, uenas, musculos, car-
nemque insuper, ac ipsa pervadens ossa, languore
& fastidium, intimis gravissimisque mixtum dol-
oribus, toto fundit corpore, ut ad insaniam plerum-
que, nec rarò ad ipsum mortales abducatur exitus
nisi tandem uel mali foras erumpente, in ipso cap-
itis uertice, quasi triumphans de humano
nere morbus sese ostenderit, & in intricatis, inter-
implicatisque capillis, uictoriæ suæ trophea ex-
hiberet; ut qui eatenus *Gozdziec* uulgò dicebatur, in
Violtum uocari mereatur. Et uerò Triumphare
potest in illo, etiam ad aspectum factò capillitii
morbus, quia si capillitium radatur, aut etiam
latur, plerumque mors aut nihilo infelicior mor-
bus, cæcitas comitari solent. Cùm igitur in tam acer-
bo ac periculi plenissimo morbo, vix ullum ac hum-

ope remedium sit; non nisi ad DEVM, & Deiparam, etiam apud Lindam Marianam, tantopere ab iis locis, quibus uis mali regnat, disiunctam, recurrere mortales, & sanitati restitui, reuulsam que ab radice capillamentum, grati animi ergo, suspendere solent. Quid opus est Cephaleum, aliosque capitis humani cruciatus; quid oculorum, aurium, cæterorumque aruum uitia, aut æstus penitus depulsos, aut quadam quasi Tiliæ Marianæ umbrâ mitigatos, hîc memorare, cum & suis locis quædam percensa sint, & tam multa oculorum, aurium, & id genus membrorum, & argento, vel ære vel cerâ efficta, & ante Effigiem Deiparæ pendentia simulacra, nihil aliud sint, nisi manifesta beneficiorum & sanitarum per Deiparâ obtentam monumenta? Certe præter alias & argento solido votivas tabellas (quæ supra ducentas ac uicenas hodie numerantur, quarumque non pauca pedis geometrici longitudinem aut superant, aut proximè attingunt) pedes argentei, quorum aliqui longitudine ad cubitum prope accedunt, sunt plus quam uiceni, oculorum paria circiter septena: ut de manuum, cordium, aliorumque simulacris nihil memorem. Verùm nescio, quo pacto spectantium oculos, præ aliis etiam ex argento figuris atque anathematis, subalata claudorum fulcra, & quædam quasi grallæ, ad utrumque sacelli parietem, non exiguo pendentes numero, in sui contemplationem admirationemque rapiunt: sunt ea plus quam manifesta, diuinæ in pedum uitia beneficentiæ uestigia; quia ab iis ipsis, qui suscepto ad Lindam Marianam uoto claudi perreptarunt, & sanitate, uti experie-

rant,

rant, recepta, grallas & fulcra ad perpetuam rei memoriam, luxque in Deiparâ gratitudinis monumentum ibidem appenderunt. Quod si illorum quoque, qui facti ad Virginem Lindensem uoto, domi continuo perfanati sunt, fulcra Lindam delata suspensaque fuissent, quis ea locus caperet? Quam enim multi sunt, qui, ut in cæteris, ita & in hoc quoque malo, domi facti uoto, domi quoque perfanantur, ut necesse minimè habeant, fulcris Lindam ulque conniti? Qui si subinde è cera figuratos afferunt pedes, jam hi cum cæteris istiusmodi simulacris, non quidem in spongiam cum Ajace cujusdam, sed in Vulcanum incumbunt.

Cæterum ut & plurima sunt divinorum beneficiorum anathemata, & ipsa, quæ illis significaverunt beneficia, sanè quam maxima, quia tamen, quæ hactenus libata sunt, singulis fere obveniunt mortalibus, præ iis minus vulgò æstimantur, quæ in multis simul redundant; & jam, non instar stillæ, in singulos, sed instar nimbi cujusdam, si non in universos certè in plurimos devolvuntur. Interea jure censetur præclusos auræ pestilenti: atque epidemicæ, tum in ipsam Lindam, tum alibi terrarum aditus. Mortuorum enim plerique eam regionem, quæ Lindam Marianam proximè ambit, quoad memoriam humanum superat, nunquam eiusmodi contaminantur. Equidem superiore tempestate, cum Polonia & omnes ferè Regni Provincias id malum pervagaretur, Linda ab eo semper immunis & eximia fuit, adeò ut Ciartius Anno M. DC. XXXVI. historiam Lindensi ab se scriptæ colophonem imponens, adje-

ceri

cerit ; Illud præterea miraculo non immeritò adscribendum, quod his superioribusq; temporibus, contagiosa pestilentia lue infectis, Marianæ Lindæ locus, etiamsi ad eundem innumera hominum multitudo conflueret, ab omni tamen infectionis periculo, manserit liber & immunis. Hoc ipsum nos quoque, de nostris hisce annis, tempestatibusque profiteri possumus. Nam proximo, qui præterit, anno, cum undique, potissimam uerò è vicino Ducatu, pestilens aura Lindam afflaret, nonquam tamen, quæ DEI benignitas fuit, perflavit. Non deerant ex amicis, cum Resselii tum alibi digentibus, qui & de periculo admodum uicino nos commone facerent ; & insuper nobis, adeoque civitati ipsi (ne quid è uicino detrimenti caperet) provide-remus, obsecrarent. Verebantur quippe, ne inter confertam multitudinem, quæ instante jam urgenteque periculo, ad B. V. Lindensem frequentissima recurrebat, aliqui de locis peste jam afflatis accederent, & simul nos, ac civitatem ita propinquam involverent. Neque metus, etsi quibusdam iusto altius infederat, omninò haustus ex uano erat. Contigit enim postmodum, adrepsisse clam nonnullos, ex locis illâ lue perstrictis ; imò & ad Sacrum Tribunal, & ad Divinam Mensam cæteris se miscuisse ; neque tamen cuiquam, (quæ DEI clementia fuit) uel tantillum afflicuere noxæ. Neque uerò ipse duntaxat Lindæ Marianæ locus, ab eo malo liber fuit, sed & alii, qui malo tam ferali obnoxii fuerunt, simul ac uota ad Deiparam Lindensem noncuparant, à malo servati, uel sibi facillè restituti ; plerique sunt. Civitas Heilsbergensis, ubi uis mali irrupit, & plateas

plateas etiam Templo Parochiali domosque vicinas populari cepit, Admodum R. D. Joannes Slichtenbergk Archipresbyter & Curio, suo & omnium suorum nomine, facto ad Deiparam Lindenletu uoto, quasi nervos grassanti jam malo incidit: ut et infimâ plebe admodum pauci, è civibus multò pauciores sublatis sint: ipse cum universa civitate uotus reus publicâ supplicationi institutâ, paullo post uotum exsolvit. Qua de re suo bono uberius (a)

CAPUT XXVI.

Beneficia & gratia animam concernentes, quae apud Lindam Marianam divinities tribui solent.

Magna est, in rebus ad salutem commodamque corporis pertinentibus, Deiparæ Lindenletu ga mortales omnes beneficentia: sed in iis, quae animam concernunt, tantò etiam major, atque loquacior, quantò animus corpori antestat. Quibus autem beneficiorum salutem animi concernentibus quod non eo loco ingenus humanum liberalissimum redundet? Cùm enim salus mortalium, in sola Deiparæ & Servatoris nostri gratiâ consistat; divina autem gratia, simul ac mortalium animis fuerit infusa, omnibus virtutum ornamentis (præsertim uerborum quæ Theologica uocantur, & totius architecturae spiritualis fundamentum ac basis sunt) animi eisdem condecorer atque stabiliat; non aliunde animi, etiam ad præsentissimum Deiparæ Lindenletu Asylum, quàm ab earundem virtutum prima quæ

(a) lib. 4. cap. 33.

semente, hoc est, ab ipsa Fidei, Spei, & Charitatis stirpe, clementissimus Deus, hominum salutem auspiciatur. Jam suo loco vidimus, quo pacto Linda Mariana, simul ac fides Christiana seri in Prussia caput, assurrexerit, ut æstuantes et jamnum vitiorum ardoribus, novi illius populi Christo inserti, animos, Virginez umbrâ Tiliæ refocillarentur ac reficerentur: neque profectò aliter, his et jam temporibus, Trophæum Fidei, & Asylum spei plerisque Mortalibus Linda Mariana est. Non enim illi duntaxat, qui in Episcopatu Varmiensi aliisvè provinciis, materno Ecclesiæ Catholicæ sinu foventur, sed illi quoque, qui in vicino amplissimoque Prussiæ Ducatu, variarum hærescon undique implexi vepribus, ab Ecclesiæ Catholicæ sinu avelli non possunt, ad Lindam Marianam identidem se recipiunt; cùm, ut eo in loco, tanquam ad Triumphatricis de hæresibus omnibus Deparæ Aram, victricia signa figant; tum et jam, ut, in illo quasi Campo Martio, adversus fidei hostes, cerninus cominusque depugnent. Quis enim è tanto indies confluentium numero, ubi in loco sectarum Ministrellis cincto, sectariorumque molitionibus quondam vehementer obnoxio constitit, non se germanum Ecclesiæ Catholicæ germen, ipso opere generosè proficetur, & de vicinis sectis gloriosè triumphat! Quis non fidei causâ, velut in Amphitheatro quodam cum tot adversariis depugnat, quotquot se fidei hostibus cinctum non ignorat? Quis inter sectarios, longè ab eo loco positus, cùm eorum blanditiis, straphis, versutiis, fraudibus, minis, aliisque molitionibus mille, à fide Catholica abstrahitur, non

K

perpe-

perpetuò, etiam absens, corporis animique oculis
 ad Deiparam Lindensem vertit, & aliquando laqueis
 illis expeditus, si non corpore, saltem animo, suæ se-
 cundùm DEUM sospiratrici, trophæa; vel, si id non
 possit, gratias ex intimis animi sensibus, quàm possit
 maximas, agit? Longum foret ex eorum numero
 paucos referre: uicium tamen par ancillarum, quod
 ipsi superiore anno coram spectavimus, præteritum
 lentio non debet. Utraque cis Grodnam oriunda
 Litvania cum iis, qui messis temporibus in Insula
 Marianam, totamque adeo Prussiam, plurimi quoque
 anno effundere se solent, Prussiam adierat; & ea
 apud Catholicos nulla se famulandi occasio dante
 apud sectarios coacta sunt operam suam locare. Vi-
 la est, *Schvartzenstein* nomine, Rastemburgo quideni
 bis mille, Linda verò sexies mille passibus circum-
 juncta, in qua ut Hennebergerus (a) memorat, Ca-
 ponis uxor, ob graves, quas in hospites cæterorum
 advenas exercebat injurias, aliquot seculis ab hinc
 equæ speciem, Dæmonis ope, versa, & ad fabri offi-
 nam ducta, immanibus soleis (quæ quidem etiam
 num in Templo suspensæ visuntur) fertur calcem
 fuisse; nisi fabro interim sive metu admodum
 sternato, sive supplicationibus illius miseræ
 ideoque moras neccente, Dæmonium ad galli-
 tum disparuisset, & solearum loco, gravi ac diuturno
 morbo, miseram confixisset. In ea igitur villa, ante
 illæ, altera quidem apud colonum quendam, ante
 verò apud ipsum sectæ Lutheranae præconem, præ-
 dicantem vulgo appellant, cum servirent, illa quæ
 (a)

(a) pag. 429.

seclatorum technis ac strophis in Lutheri casses incauta inciderat, ut etjam Cænam, quam vocant, eorundem frequentarit; at verò altera, ne ipsius quidem Prædicantis, Prædicantiæve familiæ dolis, aut machinis, induci unquam potuit, ut ab Ecclesia Catholica secederet; tantumque exemplo constantiaque suâ valuit, ut priorem illam ad eandem reducerit Ecclesiam. Cùm ergo Dominicæ Resurrectionis, proinde & sacrosanctæ Eucharistiæ sumendæ instaret tempus, utraque ad Deiparam Lindensem oculos animosque vertit; & tantùm illo animi robore promovit, ut vel ab hoste virtus earum laudaretur, quin & coronaretur. Ipse enim ille Prædicans tantam admiratus fidem atque constantiam, suis utramque equis atque curru, adjunctâ etjam viæ comite ac ductrice uxore suâ, ut sacris rite fangerentur suis, ultro deduxit, atque iterum reduxit. Quo quidem uno exemplo satis patuit, quantum, vel inter hostes, Catholica fides possit, si vera ac firma sit; adeoque, quoties, tantundem non potest, aut nulla, aut parùm germana sit.

Neque minus Deipara, apud suam Lindam, spei Asylum erexit. Ad hoc respiciunt, quotquot se indies confertim eo recipiunt. Quis enim se reciperent, nisi, cùm aliàs semper, tum rebus domi forisque angustis, spe & fiducia ad Deiparam pleni? Videntur ii omnes tacite profari id, quod Simon Niderhoff Seeburgensis Archipresbyter, Imagini B. V. ab se Lindam missæ inscripsit carmen:

*Fluctuat hic mundus, Crux anchora, portus Jesus.
Mater, io, sancta sis cynosura spei.*

K 2

Et ac

Et accidit non rarò, quemadmodum suo loco docent exempla, ut plerique saxum inter sacrum quod dicitur, constituti, nusquam aliò, quàm secundum DEUM ad Lindensem Deiparam queant relapsere: ita, ut quos prostratæ, quæ corporis, quæ animæ vires humi jam affligerant, hoc unum Deiparæ aliquid, ad spem, fiduciam, salutemque deinceps erigant. Non ii duntaxat, qui pro sacris Tribunalibus sedent, verùm & alii plerique, solent per læpe confitentibus habere reos; illos, inquam, qui postquam ob immensa flagitia sua, et jam spe excidissent salutis, simul Deiparæ Lindensis memoria lobit, ilico spem depremi Numinis clementia animo subiisse, haud ingrati fateantur. Proditum memoriæ est, Ludovicus Secundus Ducem Borbonium, cum ex Africa, quam exercitum contra Barbaros duxerat, tandem redux, Ordinem Equitum B. Mariæ, *A Carduo*, dictum instituisset, Torquem aureum ex liliis contextum, Cardui foliis, per intervalla interstinctum, Cruceque dependente, militibus suis insigne dedisse, ad hæc lemma, *SPE S.* Quicumque Lindam Marianam adeunt, vel ab eadem salutis gaudii que plenius habent, meliorem, quàm vel ille de auro fuit, Torquem liliis, non jam Carduo, sed Tiliæ frondibus, cum eodem lemmate, intertextis, præferre possunt.

Denique, ne quid de triplici illo divinarum charitatum choro ad Lindam Marianam desideretur, quoque divina charitas illic mortalibus, Deiparæ in Vespere, affatim offertur & affertur. Pauci sunt è totius christianiæ huiusmodi frequentia, qui non præcælestibus in vitia aliquando à supremo Numine prola-

tum illa, tum alia omnia crimina detestati, eidem se Numini Deiparæ auxilio precibusque reduniant; & qui per sædas seculi hujus sentinas volutabantur, ad cælos erecti, divino charitatis igne exæstuent. Quoniam verò charitas DEI, quin se in hominum quoque aliorum commoda ususque effundat, nulla est (*Hoc enim mandatum habemus à DEO, ut qui diligit DEUM diligat & fratrem suum, (a)* idcirco ii quoque, qui sacrum illum charitatis ignem, ad Tiliam Marianam conceperunt, ad aliorum quoque salutem promovendam è vestigio accenduntur. Hinc alii variis corporum morbis excruciatos, ad Lindam Marianam, tanquam ad omnis medicinæ officinam, invitare: alii gravioribus et jam animi vulneribus affectos, ad eundem Deiparæ alexipharmaca pellicere; alii eorum, qui vel morbis, vel aliis impediuntur causis, neque iter possunt ingredi, vices subire, anathemata deportare, & quidquid ad utramque proximi sanitatem facit, strenuè præstare.

Jam verò aliarum virtutum, quæ ex dictis, vel tanquam radicibus in flores arboresve pullulant; vel tanquam fundamentis in spiritualium ædium moles asurgunt, quanta, quàm locuples, & quàm opulenta apud Lindam Marianam seges est! Illic, ut S. Ambrosium (b) ad causam nostram philosophantem audiamus, *Virgo Vitem redolet, fragrat Oleam, Rosam renidet: ut in Vite Religio, in Olea pax, in Rosa pudor sacrata Virginitatis inolescat*: Illic, inquam, ut suo loco exemplabuntur, & humilitatis violas, & castitatis lilia, & Rosas eximias inter adversa patientiæ atque fortitudinis,

K 3

(a) 1. Ioan. 4. 21. (b) lib. 1. de Virgin.

dinis, cæterarumque fructus virtutum, de benigno
 Numinis manu per Deiparam, largè in omnes mor-
 talium usos sese extendente, carpere liceat: ut jam fa-
 bula de Horto Jovis, propè desinat apud Lindæ
 Marianam esse fabula. Plato enim Philosophus, et
 humanæ civilisque sapientiæ effata, ad instar Poëta-
 rum; fabellis involvere sæpè solitus erat, ad sacra
 teras, (a) pro more alludens, Hortum (ut S. Ambro-
 lib. de bono mortis (b) scribit) sibi composuit, quem
 vi Hortum alibi, alibi Hortum Mentis appellavit: In
 enim & DEUM & Mentem toties dixit. In hunc vitam
 animam, quam Peniam nuncupat, ut se abundantia
 vitis Horti replet; in quo repletus potu, jaceret Porus,
 nectar effunderet. Hac igitur ex libro Canticorum compo-
 suit; eò quod anima DEO adherens, in Hortum Mentis
 gressa sit; in quo esset abundantia diversarum virtutum
 floresque sermonum. Quis autem ignorat, quod ex Para-
 illo, quem legimus in Genesi habentem lignum vita-
 gnium scientia boni & mali, & ligna cætera, abundan-
 Virtutum putaverit transferendam, & in Hortum
 esse plantandam? Quem, in Cantico Canticorum Salomon
 Hortum Animæ significavit; vel ipsam animam. Scri-
 scriptum est; Hortus clausus, soror mea sponsa, hortus
 sus; Fons signatus: Transmissiones tua Paradisus. Tam
 verò in isto Lindæ Marianæ Horto, omnium
 tum flores, fructusvè possint carpi, uberius
 præ cæteris Myrrha & Aloë videntur provenire
 Pænitiæ (tum quæ virtus, tum quæ sacramen-
 est) symbola sunt: ut hoc etiam loco adjici
 quod Salomon citato Canticorum loco adjecit

(a) Præsertim Gen. 2. 8, & Cant. 4. 12. (b) Cant.

missiones Tuæ paradisi, malorum punitorum, cum pomorum fructibus; Cypri cum Nardo; Nardus & Crocus; Fistula & Cinnamomum; cum universis lignis Libani; Myrrha & Aloe, cum omnibus primis unguentis. Per Cyprium, Nardum, Crocum, Philo Carpathius, apud Cornelium Theologicas virtutes, fidem, spem & charitatem; per Fistulam & Cinnamomum cum universis lignis Libani, reliquarum omnium virtutum acervum intelligit: ut jam, ad Deiparam Lindensem, uti liceat illis tum Ecclesiæ Græcæ in Menæis 15. Martii precibus: Tu sacrosando germine Tuo germina impietatis arefaciens, adversari quoque malitiam, in me quotidie germinantem, ad nihilum redige (a) tum Ruperti, ad eundem Canticorum locum, verbis: Quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum caelestium Mundus accepit, Emissiones Tuas sunt: ut, ubi erant prius Spina, & Vepres, & Carduus, Lappa & Tribulus, Urtica & Paliurus, universitas nequitiarum; ibi sit Cyprium cum Nardo, Nardus & Crocus, Fistula & Cinnamomum, Myrrha & Aloe universitas gratiarum. Veruntamen in ista sive lignorum Libani, sive potius gratiarum universitate, singulariter pœnitentiæ & mortificationis Myrrha atque Aloe memorantur; quia singulariter, ut jam diximus, apud B. V. Lindensem proveniunt. Myrrha, ut ad citatum Cant. locum, inquit Cornelius, est compunctio suaveolens DEO, & lacryma cordis compuncti. Vnde Myrrha hoc extat Enigma & Hieroglyphicum:

De lacrymis, & pro lacrymâ, mea cepit origo:

K 4

Ex

(a) μαράνωσα τὰ φύλα τῆς ἀθείας, τῶν σὺ ἀγία φύ-
των, τὴν ἀναβλασάνυσαν ἐν ἐμοὶ ἐκάστοτε τῷ ἐχθρῷ κα-
κίαν ἀπομείωσον.

*Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor,
Latus honor frondis, tristis sed imago doloris.*

Et propius ad rem nostram, Oliverius Bonartius
(a) *DEI Mater*, inquit, & ejus memoria peccatoribus
maritudinem & contritionis gratiam impetrat: & ut Myr-
rha, à corruptione peccati, in posterum servat; & suavit-
odore animos suorum reficit, devotione ipsos delin-
quens.

Notum abunde est, quot, & quanti Lindam in
dies accedant. Et quis eorum, nisi compuncto
contrito, de peccatis suis corde accedit? solenne
plerisque generalem, ut vocant, Exomologesin pe-
texere, & totius vitæ, ab ipsa usque pueritia, redordi-
telam; ut, si quid fortè, vel per oblivionem excidit,
vel per verecundiam pudoremvè, plus quàm sub ro-
sticum, animis inolevit; vel denique non satis justè
ex æquo castigatum abiit supplicis, velut fasciculi
myrrhæ colligatur & colligetur; atque ad magis
DEI Matris Aram, DEO per sacrum Tribunal pre-
sentatum, non sine compuncti animi lacrymis,
amarissimo Myrrhæ vino, adoleatur simul & ab-
leatur. Quid, quod inveniantur, qui sacrilegas
faciunt exomologeses, rati (tanta est hominum in-
bus tantis oscitantia aut potius barbaries!) haud ma-
gnæ sibi noxæ fore, si quæ alibi celaverint in sacro
Tubunali flagitia, Lindæ demum ex animo fatean-
tur atque detestentur? Et fuit, qui hoc ipso anno
vita migrans, cum ipse Lindam accedere sua quæ
flagitia à puero usque conscientiæ inolita experire
non posset, uxori jam moriens flagitia illa retexuerat

(a) *Eccli. 24. 20.*

atque ut suo nomine apud Lindam sacerdoti (quis
 eam in homine Catholico ruditatem expectaret, ta-
 meti pietas & cordis lacrymæ inexpectatæ apud
 Deum non fuerint?) percenseret, oravit: ut nemo mi-
 reretur, quòd in Paraquaria è Neophytis inventus sit,
 cui morienti cum sacerdos magis, quàm confitendi
 animus deesset, intortum funiculis nodum uxori tra-
 diderit, venturo scilicet tradendum sacerdoti, ut ille
 tot se noxis irretitum absolveret quot funiculum
 modis intortum accepisset quemadmodum in Messe
 Paraquariensi à P. Adamo Schirmberk traditum ac-
 cepimus. Quid, quòd invenias nonnullos, qui pro
 consuetudine & usu perditissimè recepto, etjam Lin-
 dæ sacrilegas facturi confessiones, ubi sensim loco sa-
 cro appropinquare cæperint, sensim ad se reduci, se-
 que ad ritè confitendum illuminari, pellicique sen-
 tiunt? ut postmodum, cum ad divinam purgandarum
 conscientiarum adierint Cathedram, non possint,
 cum alia omnia sua facinora, tum hoc ipsum divinæ
 illustrationis beneficium, non planè fateri? Quid, ad
 extremum, quod non pauci, qui, quanquam non suâ
 sponte, suâ tamen sive ignaviâ, sive errore, & densis
 conscientia tenebris acti, quæ nusquam in se perspe-
 xerunt peccata, dum Lindam versus progrediuntur,
 novâ quadam luce animis objecta, & perspicere ea-
 dem incipiunt; & ritè confiteri ac detestari amplius
 nō negligunt? Sunt in Arabia, quod in Bœoticis me-
 morat Pausanias, Arbusculæ, ad quas cubilia figunt
 viperæ; quia & liquore, & umbrâ balsami mirificè
 capiuntur: nullam verò mortiferam inferunt pla-
 gam, quia præstantissimi liquoris vi, & odore, acerbis-

ras veneni mitescit. Quicumque peccatis, hoc est, Tartarei illius serpentis veneno saucii, ad Tiliam Marianam se recipiunt, viperis illis similes sunt, quia non minus, mali exempli atque conversationis afflatu, quàm viperæ dentibus & linguâ, pestiferæ tabis imprimunt. Quoties tamen & umbrâ Tiliæ Marianæ se reficiunt, & divinæ, quæ per Deiparam diffunditur, gratiæ balsamo perunguntur, cum sibi tum aliis innoxii sunt. Illustris illa Christi sponsa Gertrudis, recte Blosio in Monili (a) vidit aliquando, Deo ita revelante, fædas bestiolas, ad Deiparæ pallium confugere; quas illa non modò libens admittebat, verùm & manu mulcebat, & suâ chlamyde protegebat. Lubet ipsum Blosium audire narrantem. Gertrudi, inquit ille, *caelestia contuenti, DEI Mater ac cali Regina præsens affulsit, pallâ mirabili corpore omne contegente. Quo ipso tempore diversa animalia subiecta Gertrudi, & bestia dissimiles ad Deiparam currentes, ac se palla illius oblonga sinibus occultantes. Quas universas DEI Mater humanissimè acceptas, lenitate vestis obvelabat, singulas leniter manu tractabat, & blandè permulcebat, ut Heri catulos solent, qui minascuntur. Gertrudi admiranti, & quid illud esset nescienti, declaratum est, mutas illas pecudes, quæ quæ generis animantes, perditorum hominum, & multipliciter in DEI legem peccantium, imaginem quorundam exhibere: qui tamen Virgini amantes ad eam in diversis rebus confugiunt. Illam autem adversus animarum rationis expertiam caritatem, misericordiæ symbolum, quâ clementia Mater libidinosis, flagitiosis, facinorosis*

(a) cap. I.

invocantibus opitulatur, & favet. Sicubi id, certe apud Lindam Marianam, sæpe cerneret, quisquis per-
 fusos divinâ luce illuc afferret oculos. Interim nos, to-
 lenne illud Ecclesiæ ad Deiparam usurpare fas est. *Sub Tuum præsidium confugimus, sancta DEI Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta: neque enim quidquam eorum, quæ in Atlantis Mariani Idea (a) de Misericordia Imaginum Deiparamemorantur, desiderari apud Lindam videtur. Redundat illa in Episcopos & Pontifices; in Canonicos, Religiosos & Eremitas; in Imperatores, Principes & Nobiles; in Architectos, Rusticos & Pastores; in Ethnicos, Iudeos, & Hereticos; in Feminas Principes, Virgines, & Vxores afflictas; in Infantes, Tribulatos, Captivos, Energumenos, Desperatos, Blasphemos, Ignorantes peccata, Penitentes, Peccatores; in Eligentes statum vitæ; in Milites fame afflictos, præliantes, obsessos in urbe, in mari, in spelunca: in Podagricos, cacos, claudos, mutos, surdos, Paralyticos; in animas purgatorii; in tempestate, ruinis montium, domorum; in incendio, naufragio eluvione; in aqua penuria; pro veloci & felici reditu, rebus amissis, pluvia.*

LIBER

(a) pag. 55.